6
9 F
6
C/II
13
Digitized by Google

[illegible] Google

V-13-4
K.6.

6-9.F.8

INDICES EXPVRGATORII DVO, TESTES FRAVDVM AC Falſationum Pontificiarum;

QVORVM

Prior iuſſu & auctoritate PHILIPPI II. *Regis Hiſp. atq.* ALBANI DVCIS *conſilio concinnatus eſt in Belgio, Anno MDLXXI.*

Poſterior editus iuſſu D. D. GASPARIS GVIROGA, Cardinalis & Archiepiſcopi Toletani Hiſp. generalis Inquiſitoris de conſilio ſupremi Senatus S. Generalis Inquiſit. iuxta exemplar quod typis mandatum eſt *Madriti apud Alphonſum Gomezium* Regium Typographum, Anno MDLXXI. recuſus primò Salmuri in Gallia, & nunc ſecundò in Germania.

Additus eſt maioris commoditatis gratia INDEX LIBRORVM PROHIBITORVM *cum Regiſtris confectis per Patres à Tridentino Synodo delectos auctoritate* PII IV. *primum editus; poſtea verò à* SIXTO V. *auctus; deniq;* CLEMENTIS VIII. *iuſſu recognitus & publicatus.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HANOVIÆ,
Apud Guilielmum Antonium, Anno 1611.

Digitized by Google

6.G.41.16

DVCIS Albæ iuſſu ac decreto cauetur, ne quis præter Prototypographum Regium hunc Indicem imprimat, neue ille aut quis alius publicè vel priuatè vendat, aut citra ordinariorum facultatem, aut permiſſionem habeat.

Google

Illuſtriſſimo Principi, Domino Potentiſſimo,

Dn. IOHANNI CASIMIRO,

Comiti Palatino Rheni, Palatinatus Electoralis Tutori & Adminiſtratori, Bavariæ Duci, &c. Domino Clementiſſimo

Franciſcus Iunius S. D.

EXHIBVIT mihi amicus ſingularis, Princeps Illuſtriſſime, libellum non ita pridem, cuius ſic habet inſcriptio, *Index expurgatorius librorum, qui hoc ſeculo prodierunt*, &c. Eum librum, etſi hactenus fugit lucem, luce tamen iudico digniſſimum plurimis de cauſis. Fœtus eſt Cenſorum Belgicorum, quos Albanus ei gignendo præfecerat. Hunc fœtum, prout mandatum fuerat, genuerunt illi: naſcentem inter genua ſua compreſſerunt, circumtulerunt in ſinu conditum, vt dentata eius opera alienos fœtus virorum bonorum opprimerent. Quid plura? extiterunt quidam qui hoc noſtro ſeculo Ægyptii, qui Iſraelitarum fœtus hoc gladio quotidie ſimilibusque trucidant.

Quam igitur dignum ſit, quam neceſſarium, hunc gladium veſte latentem retegi, nemo vir pius non videbit, ſi paginam vnam aut alte-

ram huius libelli euoluerit. Cur Patres illi ſuum huncIndicem latere voluerint,obſcurum eſſe non poteſt:Cur in lucem demus, boni facile animaduerſuri ſunt. Quia verò fortè Patres obiecturi ſunt non ſuum eſſe hunc fœtum: ab aliis, à nobis, à Typographo deprauatum eſſe, caſu aut malitia oblatum vitium cauendum eſſe duxi, & huic calumniæ prudenter occurrendum. Quapropter librum Authenticum ex officina Chriſtophori Plantini anno MDLXXI. Antuerpiæ profectum, ex quo hic libellus de verbo ad verbum accuratiſſimè & quam optima fide exſcriptus & typis exaratus eſt, in Bibliothecam T.C. viſum eſt deponere, vt ſiqui volent, videant: ſiqui negent videntium fide confutentur. Tuam itaque C. oratam velim, vt authenticum libellum ſeruet tamquam ſuum: exemplum verò accipiat in bonam partem, vt à me profectum. Vale. Dominus T.C. quam diutiſſimè incolumem ſeruet, tibi adſit, te ſuo Spiritu regat, & omni benedictionum genere ornet cumulatiſſimè. Iterum vale.

T. C.

Seruus addictiſſimus

Franciſcus Iunius.

Pio

Pio fideli, & Chriſtiano Lectori.

*Q*Vod ſcitè olim, amice Lector, Comicum dixiſſe legimus, — ἕλκεται τ' ἀληθὲς εἰς φῶς, ἐνίοτ' οὐ ζητούμενον, id mihi accidit in hoc tempore, ſingulari numinis prouidentia. Nam quum ante aliquot menſes ad virum mihi amiciſſimum ſalutaturus peregre abiuiſſem, libellus mihi imprudenti fuit oblatus, quem te celare diutius mihi quidem ſumma eſt religio, & illi quoque religio fore videbatur. Is libellus eſt,* Index expurgatorius librorum qui hoc ſeculo prodierunt, vel doctrinæ non ſanæ erroribus inſperſis, vel inutilis & offenſivæ maledicentiæ fellibus permixtus, iuxta ſacri Concilii Tridentini decretum: Philippi II. Regis Catholici iuſſu & auctoritate, atque Albani Ducis conſilio ac miniſterio in Belgia concinnatus An. MD.LXXI. *cum ſigno typographico Regis eiuſdem impreſſus* Antuerpiæ, ex officina Chriſtophori Plantini Prototypographi regii M D.LXXI. *Sic habet prima libelli iſtius pagina. Hunc igitur libellum viſum eſt in lucem edere Eccleſiæ & Reip. Chriſtianæ bono. Quid, bono? inquies. Exponam quàm ſimpliciſſimè, vt piæ mentes & veritatis cæleſtis ſtudioſæ ex hoc libro fructum poſſint, quem ſpero & cupio, percipere. Fuit in more poſitum, ſi quando priſca Eccleſia & orthodoxi Patres animaduerterunt damnoſa dogmata aut ſcripta in populum Dei irrepere, vt ea non clanculum ſed palam, non fraude ſed veritate, non arte ſed virtute Spiritus oppugnarent atque debellarent neque violen-*

igitized by Google

tis interdictis, ſed æqua communicatione, ſermonibus, diſputationibus, ſcriptis denique (ſi fortè nullus erat communicationum fructus) ſubruerent. Atque hanc quidem operam publicè in ſynodis priuatimque in Eccleſiis ſumma ſua laude & vberrimo cum fœnore ad gloriam Dei contulerunt (vt loquitur Paulus) πνευματικὰ πνευματικοῖς συγκρίνοντες. *Facientes enim opus Dei in virtute Spiritus operarios malos gladio verbi diuini confecerunt quàm potentiſſimè: Declarant iſtud veterum Conciliorum acta, & patrum ſcripta luculentiſſimè; quos nunquam puduit Porphyrii, Celſi, Iuliani, Manichæorum, Donatiſtarum, Pelagianorum, aliorumque verba, diſputationes, ſcripta referre in libros ſuos, & veritatem Dei cum mendacio illorum comparare, piorumque omnium oculis ſine fuco & fallaciis exponere. Sic horum confirmabatur pietas, & aduerſariorum vanitas euincebatur luce.* τὰ γὰρ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς, φανεροῦται, *inquit Apoſtolus.*

Quæ autem cauſa ſanctiſſimos illos Patres ad ineundam primum quidem priuatim, deinde verò publicè hanc viam adduxerint, neminem fugere poteſt, qui legem Chriſti, naturæ, charitatis, atque ordinis ab ipſo limine ſalutaverit. Hanc enim Chriſtus imperauit, natura docet, charitas poſtulat, ordo Eccleſiæ exhibet, & Apoſtoli ſanctiſſimè proſequuti ſunt, quorum vel negligentiam (ſi qua fuiſſet in ſanctiſſimis illis viris negligentia) maluerunt imitari orthodoxi Patres, quàm præpoſteram atque præſidentem aliorum omnium diligentiam. Deinde non ignorabant aliter fora agere in cauſis ciuilibus, aliter Eccleſias in ſpirituali diuinoque argumento illic enim rationem præeſſe, hic fidem: in quam Petrus, Paulus, & omnes Apoſtoli

negant dominatum ad ſe pertinere. Neque verò id parui ducimus faciendum, quod religioſi illi Patres, quum Dei fidem oſtenderent humaniſque commentis opponerent, probabant ſuam: freti enim veritate promiſſionum Dei, faciebant id quod honeſtum eſt, quãdo honeſtè & ex ordine ſermones aduerſariorum ita refellebant vt ferrent, & ita ferebant vt ſanctè modeſteque refellerent: quod probe in veritate eſſent inſtituti, ſeque legendis aſſidue litteris ſacris in timore Dei exercerent. Sub idem verò tempus princeps tenebrarum ſuum illud myſterium iniquitatis promouens, priuatas quaſdam operas primum occupauit ad obſcurandam veritatem Dei ſcriptaque religioſa Patrum, deinde etiam publicis potenter plus ſatis abuſus eſt. Omitto quid per infeſtas hominum Ethnicorum & ἀθέων, quid per hæreticorum acies procurauerit. Id vnum à nobis hoc loco agitur, quid per eos ipſos quamuis religioſos viros effecerit, qui aut ſuis ſcriptionibus Eccleſiam tueri voluerunt, aut cenſoriam ſuam virgulam in alienas adhibere. Ac primum quidem ſiqui priuata opera ſtuduerunt Eccleſiam (vt ſibi ſunt viſi) adiuuare, ii interpretationibus, aut tacita rerum ſuarum ſurrogatione & ſubuectione ſanctorum Patrum opera adauxerunt. Interpretationum modum per fuiſſe varium atque multiplicem non ignorat quiſquam: cumque homines ab iis hominibus facile toleramus, in quibus veritatis ſtudium, non φιλονεικία aut falſi defendendi & augendi libido ad ſcribendum animos excitauit. Etſi hanc viam eo facilius ferimus, & autorum labes (vbicumque ſunt) commodius excuſamus, quo ſimplicius & ἀδολώτερον illi omina ſua

profeſſi ſunt, homines ſe eſſe & nihil humani à ſe alienum putare oſtenderunt, denique alieni iudicii limam ex canone diuini verbi ad ſcripta ſua modeſtè paſſi ſunt adhiberi, non ferentes ſed ſubeuntes legem in omnibus diſciplinis, præcipue verò in ſalutis cauſa & argumento, neceſſariam.

Quemadmodum verò ſimplex horum fides & diligentia hac in re non poteſt a viris bonis improbari, niſi quum a via veritatis & Scripturæ autoritate in regula fidei (vt Tertullianus vocat) aberrarunt: ſic mihi quidem ex contrario videntur ii non planè vacare culpa, qui ſuppreſſis ſuis nominibus in illa Patrum orthodoxorum ſcripta commentationes ſuas intulerunt, & ita intermiſcuerunt vt ſi ex limpida hominũ ſanctorum aqua cinnum ſiue κυκεῶνα, *ex arido ac ſimplice cibo ſaturam, ex pura toga Babylonicam ſoliiſti magiſtri artificesque ſcilicet facere didiciſſent. Ineptum, hominum genus, ſimplicitatem fugiens, & fugans veritatem. Nam veritatem quomodo adiuuent, qui ipſa librorum fronte ementiuntur atque oppugnant veritatem?*

Etſi horum duo ſunt genera: nam alii fecerunt imprudentes, alii certo conſilio & conſcientia, addentes, detrahentes, mutantes, & ſubrogantes quidvis arbitratu ſuo. Imprudentes eos feciſſe dicimus, qui alienam pro germana, adulterinam pro iuſta, falſam pro vera accipientes, autoribus non ſuis eam tribuerunt, ſiue ad marginem librorum notas adiecerint, gloſſemata interiecerint, ſiue iuſtos libros contulerint. Alii enim ſuas notas & gloſſemata aut iuuandæ memoriæ ſuæ, aut illuſtrandi autoris cauſa adſcripſerunt, a cuius mente per imperitiam aberrabant: alii per manum accepta, vt ab auctore facta, & autoris ſui pro-

pria

pria καὶ γνήσια, non à lectore aut librario infarcta, tenuerunt: alii denique libellos nothos, quamuis ὑποχάλκα operis, iudicio ſuo, aut aliqua occaſione citra iudicium rationemque ſanctis illis Patribus aſſignarunt. Quę in genere iudicium deſiderare licet: vt emunctæ naris homines non pauci hoc noſtro ſeculo demonſtrarunt euidentiſſime. Atque in hoc ordine infinita eſt exemplorum meſſis, quam libri doctorum ſuppeditant: cum Cypriani, Chryſoſtomi, Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini, & aliorum opera hæc ſemiſſe, illa dodrante ferme excreuerint, indigna monachorum quorundam inprimis, ſciolorumque hominum iniuria.

Verum eſto, ferant illi ſanè hoc ſuæ operæ pretium, iudiciumque in ipſis literati & acuti homines deſiderent, quod ἀκριτὶ aliena ἐμβλήματα ac potius ὑποβλήματα infarciant: quid ergo iis facias, qui ſcientes, prudentes ad hanc rem laborauerunt vt aliena ſcripta, & quidem illa veneranda Patrum ſanctorum ſcripta, pro autoritate iudicioque ſuo aut aliorum ſententia contrectarent? Occlamant illi, attendite ad vias, videte & interrogate ex priſcis ſemitis quæ via bona ſit, & ambulate in ea: occlamant, ne mouetote maiorum veſtrorum terminum: ſcelus eſt, infidelitas, impietas. Et ipſi legem quam aliis conſtanter ferunt, peruicaciter recuſant pati, piorumque hominum ſcripta ex animi ſui ſententia interpolant. Voces, membra, ſententias, paginas, quum viſum eſt, addunt, detrahunt, mutant, ſurrogant, Patres denique fingunt & refingunt arbitratu ſuo. Teſtamentarios eſſe aut falſarios dicas, qui bonorum tabulas, etiam poſt illud tempus quo in manibus verſantur omnium, poſſint corrumpere inſigni & intoleranda planè impudentia.

Rem meis oculis viſam ad exemplum adferam. Ante annos viginti ſeptem, quum Lugduni agerem (egi autem anno M D. L I X. & ſequente) Correctore quodam typographico vſus ſum familiariter, cui Ludouico Saurio fuit nomen. Habitabat ille non procul à Mercuriali vico, in ædibus coniunctis trium columbarum ſigno. Quum ad ſalutandum hominem veniſſem, caſu vel potius ſingulari Dei prouidentia accidit, vt verſantem eum offenderem in recognoſcendis D. Ambroſii operibus, quæ tum Frelonius excudebat. Variis autem ſermonibus vltro citroque habitis, quum me avocamento eſſe ab opere nolle oſtenderem, ille redorſus lectionem vnius paginæ, videsne, inquit, hanc formam Ambroſianæ editionis noſtræ? quàm ſit elegans, accurata, & in ſpeciem omnibus anteponenda aliis quæ adhuc in lucẽ prodiuerunt? Poſtea contuenti opus & probanti elegantiam eius dixit, Ego verò ſi quod exemplum Ambroſiani operis mihi emendum eſſet, quodvis exemplum aliud potius quàm hoc quod vides compararem. Sciſcitatus ſum huius dicti cauſam. Tum ille de forulis ſub menſa ſua latentibus aliquot paginas promens (erant autem paginæ, vt loquuntur Græci, κεχιασμέναι ſiue cancellatæ, aliæ ex parte & aliæ vniversè) hæc eſt, inquit, prima forma paginarum quas his paucis diebus ad exemplum veteris & certi exemplaris optima fide impreſſimus: Franciſcani autem duo pro auctoritate has omnes paginas diſpunxerunt vt vides, & illas ſubſtitui in locum priorum curauerunt præter omnem noſtrorum librorum fidem: quæ res ſumptum & moleſtiam Frelonio creauit grauiſſimam: nam pretium chartæ operarumque amiſit vniverſum, temporis iacturam paſſus eſt, & typographicas illas priores

pla-

plagulas commutari nouis ad libidinem iſtorum oportuit, magno malo noſtro & admiratione mea.

Complura eiuſmodi exempla proferri cum veritate poſſent, niſi hoc vnum quod meis oculis vidi putarem ſufficere ad demonſtrandum quorundam audaciam in libris interpolandis intolerabilem. Id autem ne pium Lectorem ſtudioſumque veritatis fugiat, indicia quædam in tranſcurſu placet exponere. Primũ eſt lima iudicii à viris doctis & idoneis adhibita; quã quidem etſi Eraſmus bonam & affabre factam plerumque habuit in recenſendis & explorandis multorum ſcriptis, plurimum tamen improbant Pontificii; quia ſuæ magis ſententiæ retinendæ ſtudio trahuntur, quam veritatis obtinendæ. Atque hoc quidem indicium à contentioſis hominibus controuerti poteſt: Secundum non item. Id autem eſt aliorum exemplorum & quidem veterum comparatio: quo in genere non infeliciter docti homines quidam memoria noſtra fidelem operam nauarunt. Alii vero mala fide & exemplarium nomina iactauerunt quæ non habebant, & eorum quæ habebant fidem corruperunt arbitratu ſuo. Atque hinc tertium indicium natum eſt. Nam quum ſtuduerunt iſti exemplaria vetera corrumpere, id eis perſæpe vſuuenit iuſto iudicio Dei, vt manum iterato, tertio, & quarto adeoque amplius coacti fuerint adhibere ad refingenda ea quæ inſtituerunt. Itaque ne tum quidem ſatis ſibi factum putauerunt, quum res iam prælo typographico permiſſa eſt; ſed poſt illud etiam tempus quo cœperat feruere opus & iuſta folia impreſſa erant, ea recognouerunt denuò, & typographis iuſſerunt vt iis abiectis nouas plagulas curarent, & redintegrarent opus damno ſuo. Reluctantibus typographis & ſumptui ſuo par-

ci rogantibus, folia interſecta ſunt alia ex ſemiſſe, ex quadrante alia, & ſemiſſales vel quadrantales plagulæ tantum ipſis imperatæ. Hinc igitur tertium indiciũ, quod folia typographica interſecta ſunt, & diuiſa proſtãt in eodem exemplari venalia: cum ratio hæc commoda videretur, qua Domini Cenſores ſuas nugas mendaciaque pro rebus ſeriis & veris venderent, & miſeri typographi minus ſentirent incommodi. Exemplum eſto, ne pluribus agamus, in libro Græco, quem ante annos aliquot Franciſcus Turrianus edidit, inſcripto Διαταγαὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, *&c. Cuius hominis audaciam in deformandis veterum ſcriptis & autoritatibus ſpecioſo antiquæ membranæ vnius aut alterius obducto nomine, vident homines iudicio præditi, videbit poſteritas atque mirabitur. Nam quotusquisque eſt qui hoc argumento indicioque non animaduertat vanitatem hominis? qui vel eo ipſo iam luit pœnas leuitatis & infidelitatis ſuæ, quod illi diſſecti libri & ſegmentata folia palam clamitent rem non vnius autoris, neque operis continentis eſſe? Eant nunc, & veterum librorum ſuorum dilaudent fidem, qui ſuo ipſorum facto ſubuertunt ſuam. Ecquis tandem vir ſapiens ſcriptionib. iſtis credere audeat, quas ſingulis fermè annis prætextu antiquitatis procudunt nouas; cum ipſi libri id videantur proloqui, res veteres nouari, & factum infectum reddi indigna iſtorum arte atque mangonio? Sed hæc de priuata hominum audacium opera in rem literariam ſatis. Ad publicã veniamus. Quæcunque per nonnullos iam diu priuata opera contra ſcriptorum veterum autoritatem & fidem cõfecta ſunt; eadem quoque & grauiora præſtitit publica Pontificiorum cenſura, quaſi per gradus omnia antiquitatis venerandæ ſcripta commaculans.*

Id

Id enim Pontifices, Concilia, Collegiaq; in primis prouiderunt, vt ex ſuo ſolum iudicio & voluntate vexarent ſanctorum Patrum manes cenſura ſua, legitimaſque vias, de quibus ante diximus, præterirent. Sic nomen Eccleſiæ obtendentes ὥσπερ ἄϊδος κυνέην, *priſca illius Eccleſiæ dogmata, ſcripta, exempla non dubitauerunt cenſoria ſua virgula ferire, & Patres orthodoxos rigidis notarum telis configere. Cuiuſmodi notas iam olim Sorbona in Lactantium, Auguſtinum, &c. publicè edidit: & Tridentinum Concilium memoria noſtra ſtylo aculeato cōfodit omneis qui labentem doctrinam ſuam non ſatis commode ſtatuminare atque fulcire putabantur, aut ab ea plus ſatis diſcedere. Quid autem mireris factum in hoc tempore, ſi Conſtantienſis illius Concilii blaſphemum iudicium cum hoc comparaueris? hoc enim diſertis verbis olim pronunciauit id à ſe pluribus de cauſis grauioribuſque tolli, quod Chriſtus de vſu vini in ſacra Cœna certis de cauſis præceperat. Quid non dehiſcat terra, preſſa tam graui & indigno blaſphemiarum pondere?*

Huius ergo matris ſuæ (quæ à Chriſto ſponſa & marito ſuo adulterata eſt flagitioſiſſimè) inſtituto exemploq; adducti noui iſti Patres, fratres, ſocii, Collegiati, & quicunq; ſunt id genus filii, imprudentes, prudentes (nam modo bona intentione facerent, ipſis viſum eſt ſatis) id ſibi arrogaverunt, vt ſuo calculo adderent, detraherent, mutarent, ſufficerentque ſua verba in alienis ſcriptis veteribus & nouis, quæcunque aduerſari duxerunt ſententiæ ſuæ. Sua autem intulerunt alii interpretatione, alii verò ſubſtitutione, vt de priuatis diximus.

Ac fuit quidem illa tolerabilior ratio, quum aper-

tè quid probarent, quid improbarent, oſtenderunt. Sed quando ſuppreſſis aut ementitis nominibus actionibusque ſuis aliena ſcripta mutauerunt cenſueruntque iudicio ſuo, perinde fecerunt atque ſi monumenta orthodoxorum Patrum, monumenta inquam non cinerum, ſed pietatis fideique illorũ deſtruxiſſent. Quando verò ita configunt & iugulant noſtrorum ſcripta; non ſecus ac Pharaonis illius adminiſtri, videntur piorum fœtus non carne & ſanguine, vt Ægyptii faciebant olim, ſed ingenio ſatos, trucidare per ſævitiam & inhumanitatem maximam. Seuitiam eo grauiorem & periculo maiore coniunctam, quo laborant in hoc vehementius, vt ſine teſtibus defigant pia piorum ſcripta, eos falſi autores laudent, & latenter opprimant imperitorum mentes autoritate ſubornata. Ergo viri boni, qui Eccleſiam, qui columnam & ſtabilimentum veritatis qui domum Dei viuentis à vobis & in vobis eſſe gloriamini, vos fulmenta falſi adhibeatis in veritatis locum? vos & imperitæ plebis & veſtrorum Principum animos circumueniatis opera mendace, impura, impia? Quid enim tam mendax, impurum, aut impium dici poteſt, quam ſi vera & germana bonorum ſcripta circumcidantur arte Phariſaica, vt factum eſt in hoc noſtro tempore? Exemplum illud eſto quod ipſi pronuntiant cenſura in Bertrami librum his ipſis verbis, in catholicis veteribus aliis plurimos feramus errores & extenuemus, excuſemus, excogitato commento perſæpe negemus, & commodũ iis ſenſum affingamus dum opponuntur in diſputationibus, &c. *Proh Dei atque hominum fidem, vbi ſanctitas, veritas, innocentia ſi hæc ſancta, veræ, & innocentis Eccleſiæ fideliumue Paſtorum eius verba haberi poſſunt?*

Quin-

Quinetiam illud prætereundum non eſt ſilentio, quod in hoc libello documentum cenſores iſti poſuerunt ſuæ diligentiæ, an indiligentiæ? Nam poſtquam impreſſus fuit ipſorum induſtria, conſultum id fore putauerunt, ſi manum libello admouerent denuo, eumque recognoſcerent. Factum, & lituræ nouæ in libellum hunc introductæ, quas bona fide exprimi curauimus. Quapropter duobus in locis ad imam paginam manu cenſoria adſcriptum eſt, primum quidem minuſculis literulis, repurgatus eſt: *poſtea vero maioribus in fine libri, REPVRGATVS. En tibi certiſſimos ſummæ iſtorum diligentiæ teſtes in perfidia & improbitate ſua.*

Quæ cum ita ſint, non potui bona fide nec vero debui, ſcriptum hoc quod tamdiu latuit, clam apud me continere, Exceſſit annos ſexdecim, adultum eſt: præterea inde ab ipſo ortu dentatum eſt petitque morſibus: intereſt denique Eccleſiæ & piorum omnium ac veritatis & ſimplicitatis amantium, vt dentes videantur, admorſus cognoſcantur, obſeruentur corrupti & mutilati libri, quos infida hæc cenſura tam indignè iam olim excepit & pro veris integriſque in populo venditauit.

Sed quid hoc ad rem? dixerit quiſpiam. Non enim hic corriguntur Patres? ſed tantum recentiores quidam: ſiue ipſi libros ſuo indicio ſcripſerint, ſiue notas, annotationes, indices, &c. in Patres exarauerint. Atqui viri boni, etiam caſtigandis (vt ita loquamur) recentioribus caſtigatur plurimis in locis & oppugnatur veritas doctrinæ atque hiſtoriæ: quod omnes boni facilè animaduerſuri ſunt. Ne longius abeamus, obſeruet Lector & expendat omnes locos qui reprehen-

duntur in commentariis Ludouici Viuis ad libros Auguſtini de ciuitate Dei:hi omnes fermè aut monachorum inſcientiam, aut indignos Epiſcoporum mores, aut ſæuam in animas pias carnificinam deflent, quæ aut falſa, aut nulla, aut leui de cauſa exercetur à Pontificiis memoria noſtra. Quid autem illis verius?aut quid tam impium, quàm hæc carnificina eſt, afferri poteſt? quid tam cum Gentilium moribus quos Auguſtinus perſtringit conſentiens? Præterea non recentiores modò, verumetiam veteres & orthodoxi vellicantur. Quid enim? Bertramus ille nonne in veterum quoque numero ab ipſis reponitur? Etſi duas præterea cauſas ſubeſſe video cur à Patribus hic recenſendis abſtineant plurimum: vnam quod iamdiu à ſuis facultatibus, Lutetiæ, Louanii, alibi & à Tridentino ipſo Concilio (vt alia omittam) fuerunt exſecti: alteram, quòd ſi quid reprehenſione dignum putauerunt, id maluerunt recentioribus acceptum ferre, quàm ſuo facto committere vt in ſanctos Patres fuiſſe dicantur iniurii. Quamobrem quod in hos, non audent, in noſtros cudunt; & marginum, annotationum, indicúmque dicta furcillis ſuis extrudunt, quamuis cum Patrum mente conſonantia. Verbi gratia, in Chryſoſtomi indice Baſilienſi iubetur iſtud, Eccleſia non ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificata; to.3. &c. Illa autem ipſa ſunt verba Chryſoſtomi in ſermone de Pentecoſte, & ſæpius inculcata. Itemque illud, Meritum nullum *eſſe* niſi quod à Chriſto confertur, *(quod deleri iubent) iisdem planè verbis expreſſit Chryſoſtomus homilia* 1. *in dictum Ioannis, Vos amici mei. Et ſexcenta alia. Huius autem adeò proterua inſidaque cenſuræ crimen, quæ in Deum, Eccleſiam,*

cleſiam, Patres, bonos deniq; omnes indigniſſimè abutuntur, eo grauius eſt, quod quum à Principibus ſuis (quorum oculi non amplius in hac cauſa vident, quā prout ab Inſtrumentis huiuſmodi aperti ſunt) mandatum habent de rebus optima fide cenſendis, eas recenſuerunt peſſima, recenſitas peſſime pro veris obtulerunt, & autoritatem diplomataque Principum, fuco tam nequiter facto, ad fallendum imperitos, fundendum peritorum ſanguinem, piorumq; caput appetendum occupant. Qua occaſione magis adducimur vt hunc libellum, tanquam horum infidelitatis perfidiæque vindicem, teſtemque credulitatis, & facilitatis principium in medium afferamus. Miſeret enim me Eccleſiæ Dei, quæ non aperta ſolum vi, ſed etiam fraudibus cuniculisque infeſtatur: miſeret imperitæ & ſimplicis plebeculæ, quæ tam nefarie per dolos circumducitur, adeo vt illud iure precari poſſit, Popule mi, qui ducunt te ſeducunt te: miſeret etiam Principum, quorum animis tot animarum millia à Chriſto Epiſcopo & Paſtore ſummo commiſſa ſunt, vt ad illarum ſalutem attendant diligentius. Horum itaq; omnium cauſa ſupplex oro Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt Eccleſiam electosque ſuos à tyrannide Satanæ, tenebrarum poteſtate, hominumque impiorum perfidia vindicans deducat eam in via fidei atq; veritatis imperitos & technarum quibus circumſcribuntur & decipiuntur neſcios illuſtret ſanctæ prudentiæ & diſcretionis ſpiritu, vt poſita ſua caligine in vera diuini verbi luce tandem aliquando diſcant conquieſcere: Principes denique omnes & eos quibus credita eſt populi Chriſtiani adminiſtratio, tanto ſtudio, fide, & virtute inſtruat, vt ſaluti ſuæ ex Dei verbo nō autem ex humanis traditionibus conſulentes, alienam

fidei ſuæ commiſſam procurent promoueantque religioſiſſime. Te vero, Chriſtiane Lector, per Deum immortalem rogo & Dominum Ieſum Chriſtum, vt iſtud opuſculum bona fide per nos in lucem editum accipias optima, eoque vtaris ad cognoſcendum artes Satanæ quarum hic habes ſpecimen, declinandum malum, & conſtabiliendum bonum in fide & ſalute tua per ædificationem quæ eſt in Chriſto. Amen.

Lectori beneuolo Salutem.

INdex iſte Expurgatorius, qui nunc denuo tibi exhibetur, Lector candide, antè annos viginti octo, iuſſu Ferdinandi Ducis Albani, multorum collatis operis in Belgio confectus, & Philippi II. Regis Hiſpaniarum propriis impenſis, ab architypographo Plantino excuſus fuit: non
" *quidem vt euulgaretur, & diſtraheretur, ſed vt iis tantum-*
" *modo diſtribueretur, qui expurgationi, quam vocant, libro-*
" *rum ſuſpectorum eſſent præfecti. Additum erat ſeueriſſi-*
" *mum mandatum Regis: vt hi ipſi cenſores priuatim, nullis-*
" *que conſciis apud ſe indicem hunc haberent, & nec ipſum a-*
" *liis communicarent, nec eius exemplum vlli darent: ſed id*
" *tantùm curarent diligentiſſimè, vt loca ſuſpecta librorum,*
" *qui expurgandi ipſis viderentur, inquirerent, expungerent*
" *& reſtituerent.*

Ita liber hic per annos quindecim, inſtar myſteriorum quorundam, in Cenſorum illorum bibliothecis occultatus latuit: multisque interea optimæ notæ, tùm veteribus, tùm recentibus, nec Theologicis tantum, ſed & aliarum Facultatum libris, non tam expurgandis, quam caſtrandis, & corrumpendis inſeruiit. Tota enim ipſorum expurgandi ratio in eo conſiſtit: vt ne aduerſus praua Antichriſti Romani dogmata, turpemque ſatellitum ipſius & aſſeclarum vitam, vllum

vllum vſpiam teſtimonium, aut teſtimonii veſtigium ſuperſit.

Euenit autem ante annos tredecim, ſingulari diuinæ prouidentiæ munere; vt in manus aliorum Index iſte perueniret, publicique tandem iuris fieret: vt intelligere videlicet omnes poſſent, qua fide Cenſores iſti Belgici, aliique eorum ſimiles libros, quos expurgandos ſumunt, tractare ſoleant. Etſi enim in iſthoc quidem Indice, eo audaciæ nondum proruperunt, vt ipſa veterum Eccleſiaſticorum ſcriptorum verba immutari, aut tolli ac deleri iubeant: tamen quod in ipſo Patrum contextu facere nolunt videri, id in Indicibus maiore ne dicam fraude, an temeritate deſignant.

Quid enim? in Indice Frobeniano in D. Auguſtini opera, delendum eſt iſtud, Fides ſola iuſtificat. tom 2. col. 815. D. Hoc autem ſi delendum eſt: vt Index Expurgatorius vult atque iubet quem tandem locum ipſa D. Auguſtini verba, ad quæ Index Frobenianus nos remittit, habebunt? aut quæ cauſa eſt, cur ea quoque non deleantur, aut ſaltem de hæreſi non ſint ſuſpecta? Non ſolum illa inquit D. Auguſtinus, epl. 1. ad opera legis, quæ ſunt in veteribus ſacramentis & nunc reuelato teſtamento nouo non obſeruantur, (ſicuti eſt circumciſio præputii, & ſabbathi carnalis vacatio; & à quibuſdam eſcis abſtinentia & pecorum in ſacrificiis immolatio, & neomenia, & azymum, & cætera huiusmodi) verum etiam illud, quod in lege dictum eſt Non concupiſces, quod vtique & Chriſtianis nullus ambigit eſſe dicendum. Non IVSTIFICAT hominem, NISI PER FIDEM Ieſu Chriſti, & gratiam Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Eſt enim idem omnino, Non iuſtificat niſi per fidem Ieſu Chriſti, cum iſthoc, Sola fides iuſtificat. Verum D. Auguſtino aliquis modo honor fuit habendus paululum: dum ipſa tamen eius ſententia per latus indicis Frobeniani confoderetur. Quod quidem apud ipſos minime rarum, vel ſolenne potius eſſe, vel illa Cenſorum Vniuerſitatis Duacenſis confeſſio, quæ pag. 12. Indicis Belgici habetur ſatis ſuperque demonſtrat. In Catholicis veteribus, inquiunt, plurimos ferimus errores, & extenuamus, excuſamus, EXCOGITATO COMMENTO SENSVM IIS AFFINGIMVS, dum opponuntur in diſputationibus, aut in conflictionibus cum aduerſariis. Nec iſtud tantummodo ſibi permittunt hi homines: verum vt ſuis af-

fectibus velificentur, Conciliorum quoque decreta, quæ alioqui ſacroſancta planè & inuiolabilia ab omnibus volunt haberi, cum ipſis videtur commodum, ne pili quidem faciunt, Vide enim mihi, quid de ſpeculo Oculari Iohannis Capnionis, Cenſores Duacenſes pronuncient. Speculum hoc à catalogo Tridentino prohibetur recudi, & in eorum librorum claſſem refertur, qui propter doctrinam non ſanam, aut ſuſpectam, aut quæ offenſionem etiam in moribus tantum, fidelibus afferre poteſt, reiiciuntur. Duacenſes verò Cenſores totum librum, vt eſt editus, permittendum cenſent, pag. 18.

Quid amplius? non modo ſententiam Catalogi Tridentini improbant: ſed etiam cauſam admiſſi ab eo erroris ſubiiciunt. Nec dubitamus catalogum Tridentinum (vt profite-
» *tur procemium) ſimpliciter ſecutum fidem catalogi, Pauli*
» *IIII. iuſſu confecti à ſymmyſtis eorum, qui quondam ſpecu-*
» *lum oculare à ſe damnatum combuſſerant, nequicquam ve-*
» *tante Leone X. Ita ne vero? Hæreſeos poſtulatus erat Capnio-*
» *nis liber: quod ſuaderet Iudæis non eripiendos eſſe nec combu-*
» *rendos omnes libros Thalmudicos: ſed à Leone X. idem liber*
admiſſus erat & approbatus, vetituſque damnari: quod ipſimet Duacenſes fatentur. Nihilominus Monachi, non tã Chriſtianæ fidei ſtudioſi, quàm renaſcentium artium optimar. ac linguarum hoſtes, non modo damnarunt librum, ſed etiam exuſſerunt. Paulus IIII. curam indicis librorum prohibitorum conficiendi iis commiſit, qui ſymmyſtæ erant eorum qui quondam librum Capnionis à ſe damnatum combuſſerant. His magis viſum eſt Symmyſtarum ſuorum, quam vel hominis innocentis Capnionis exiſtimationi vel Pontificis Leonis X. authoritati conſulere. Concilium ipſum Tridentinum, cum librum hunc à Leone quidem X. approbatum, à Paulo vero IIII. reiectum videret: huius, quàm illius, ſententiæ maluit accedere. Quid ergò? Duacenſes Cenſores de vtroque Pontifice iudicium ſibi ſumũt: & Paulum quidem IIII. nec hunc ſolum, ſed ipſum ſacroſanctum Tridentinum Concilium, licet in ſpiritu ſancto legitime congregatum, vt ipſi volunt, erroris manifeſti condemnant: Leonem X. cuius ſententiam Monachi inquiſitores, Paulus IIII. pontifex, ipſumque adeo Tridentinum Concilium damnauerat, abſoluunt.

Sed

Sed nimis longum fuerit: omnia quæ ſunt huius generis in indice Expurgatorio, de hoc diſcutere maxime, cum ipſe ſuo ſe indicio, ſi modo diligenter legatur, ſatis prodat & manifeſtet.

Circa idem vero tempus, quo in concinnando hoc indice, Cenſores Belgici elaborarunt: Romæ etiam in repurgandis Gloſſis iuris Canonici eſt deſudatum. Sunt enim in veteribus etiam Gloſſis, quæque ante motas initio huius ſæculi de Religione Chriſtiana controuerſias, omnium manibus terebantur, aliqua purioris doctrinæ veſtigia: quæ non modo memoria hominum literatorum ſublata, ſed ex ipſis etiam libris eraſa, æternaque obliuione ſepulta Antichriſtianarum ſuperſtitionum propugnatores cupiebant.

Huius generis vnum aut alterum tantummodo exemplum afferemus. Diſt. 10. c. 1. Canones gl. verb. Atque inter apocrypha, Apocrypha id eſt, ſine certo auctore, vt ſapientia Salomonis: liber Ieſu filii Syrach, qui dicitur Eccleſiaſticus: & liber Iudith, & Tobiæ & liber Machabæorum: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur, ſed forte non generaliter.

De pœnit. diſt. 1. in princ. Vtrum: gl. ver eodem, nec cordis contritione, nec oris confeſſione, peccata dimittuntur: ſed tantum gratiâ Dei De pœn. diſt. 3. c. 25. Ille Rex. gl. verb. Deleatur. In Baptiſmo deletur originale, ne obſit: non, vt & non ſit.

Has igitur & conſimiles Gloſſas, fr. Thomas Manriq. apoſtolici, ſi Diis placet, Palatii, Magiſt. in Cenſura, Pii V. Pontificis Max. iuſſu, anno 1572. Romæ edita, eodemque anno Coloniæ recuſa, deleri tunc iuſſit: donec noui Codices in publicum prodirent in quorum marginibus indicaretur, quid ſuo quoque loco vitandum ſit.

Annis octo poſt, Gregorii XIII. auſpiciis, totum Ius Canonicum vnâ cum Gloſſis emendatum & notationibus illuſtratum prodiit: qua in editione Gloſſæ plerique omnes, quas ſuperior Cenſura deleri iuſſerat, paucis aliquot exceptis, ſunt repetitæ: ſed additis peculiaribus in margine antidotis: quæ vel à ſcholaſticis doctoribus contrarium ſtatui vel à Tridentino Concilio, ſecus eſſe diffinitum admoneant. Hoc enim ad abrogandam huiuſmodi Gloſſis fidem ſufficere arbitrantur. Eleuantur etiam in præfatione Gregorii XIII. illæ gloſſæ:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

partim, quod authores earum viri pii & catholici fuerint: „ partim, quod liberius locuti ſint, quia nondum pleraq; à ſacris „ Concilii fuerunt diffinita. Quod ſi ita eſt: cur nos hæretici ſu- „ mus, qui Gloſſis illis conſentanea docemus? aut cur non citius ſacra illa Concilia (ſiquidem hac ſunt poteſtate prædita) quæſtiones illas definiuerunt? ne tanto temporis ſpacio errandi occaſionem ſua tarditate ac negligentia nobis relinquerent, vel errandi potius neceſſitatem afferrent. Nempe dormientibus conciliis errare licet: iiſdem tandem aliquando euigilantibus, ſed nihil tamen, niſi ſomnia, narrantibus fidem derogare haud licet.

Interea tamen ex hac ipſa Gloſſarum veterum cum annotationibus Gregorianis collatione, manifeſtum vtrumq; fit quod vtrunque tamen impudenter negant aduerſarii: inter ipſos quoque Pontificios doctores, de quæſtionibus haud leuis momenti controuerſias fuiſſe, etiamque nunc eſſe: & in his ipſis controuerſiis quædam à piis & catholicis ſic explicata eſſe & tradita, ſicut à nobis explicantur & traduntur.

Ne vero propterea quiſpiam omnia nos quæ in Gloſſis ad religionis controuerſias ſpectant, ſine diſcrimine approbare ſuſpicetur: non diſſimulamus multa in illis eſſe, quæ abominationem Pontificiam ſtabiliant: quædam etiam, quæ vel manifeſto falſam interpretationem adducant, vel ita etiam fœda ſunt, vt niſi ad detegendam ſpiritus Antichriſtiani turpitudinem facerent, in lucem minime deberent produci.

An non enim tam aperte falſa, quam ridicula illa eſt gl. diſt. 4. c. Statuimus; 4. verb. eod. vbi cum Teleſphori vrbis Romæ Epiſcopi, ſi vera eſt inſcriptio, decretum habet, Statui- „ mus, vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha, o- „ mnes clerici in ſortem Domini vocati, à carne ieiunent: Gloſ- „ ſa verbum Statuimus ſic interpretatur, STATVIMVS, id „ eſt, abrogamus, vel ponitur: Statuimus, pro cõſulimus. Quã- „ ta vero turpitudo eſt in eo, quod iam ſequitur? Diſt. 34. c. Vi- „ dua, 16. gl. verb. Multorum. Meretrix eſt, quæ multorum libi- „ dini patet hoc, eſt ſecundum gloſſam, quæ admiſerit plures, quam 23. millia hominum. vt 45. diſt. diſciplina. vel quæ admiſit 40. vt extra de clerico excom. miniſtr. c. latores.

Sunt præterea, quæ in ipſo contextu Decreti, ipſimet corrupta agnoſcunt: ſed tamen propter gloſſas ineptas & falſas

reti-

retinent. Exemplo vnus ſit D. Ambroſii locus ex libro de Pœnitentia, cap. 6. qui citutur de pœn, diſt. 1. cap. Poteſt fieri, 52. Non habent Petri hæreditatem, qui Petri Sedem *non habent, quam impia diuiſione diſcerpunt. Apud Ambroſium autem tom. 1. pag. 156. non* Sedem *ſed* Fidem *legimus. Nihilominus Gloſſa Sedem interpretatur Eccleſiam: nunc Romanam ſine dubio intelligens: cùm tamen inter ſedem & fidem Petri permultum interſit. Quæ enim Petri fides ſit, tum duæ eius epiſtolæ, tum Actorum Apoſtolicorum liber, luculenter teſtatur: quanto interuallo autem ab ea fide abſint, qui nunc ſedem Petri tanquam Gorgona quandam omnibus oſtentant, vel potius, quam è diametro fidei Petri repugnent, res ipſa, quod aiunt, loquitur.*

Alii verò, cum ex ipſis Patrum libris corrigere & reſtituere nullo labore potuiſſent: maluerunt ſic, vt erant corrupta, relinquere. De conſecr. diſt. 2. c. Prima quidem, 44. §. Donec. ex tractatu trigeſimo Auguſtini, in Euangelium Iohannis hæc citantur, Donec ſæculum finiatur; ſurſum eſt Dominus: ſed tamen hic etiam nobiſcum eſt veritas Dominus. Corpus enim Domini, in quo reſurrexit, vno loco eſſe oportet: *veritas autem eius vbique diffuſa eſt, quod quidem D. Auguſtini teſtimonium, dupliciter eſt corruptum. Primum enim illa verba, Donec ſæculum finiatur, non ad iſtam, ſed ad proximè antecedentem periodum pertinent: eique per coniunctionem copulatiuam* Et, *à Gratiano omiſſam, in omnibus, quæ nobis videre contigit, exemplaribus, atque in poſtremo etiam Lovanienſi, annectuntur. Deinde, non* oportet *apud Auguſtinum, ſed* poteſt, *legitur: inter quæ duo quantum interſit, nemini poteſt eſſe obſcurum.*

Quanquam non in ſolis Patrum ſcriptis hanc ſibi licentiam ſumunt, vt ea ſurſum deorſum pro libitu vertant: in ipſas ſacras Literas hæc eorum audacia graſſatur; & ſi quæ ſcripturæ verba apud Patres alioſque ſcriptores, memoriæ lapſu minus verè citantur & vrgentur: ea tanquam ſtellæ aut gemmæ omnium oculis ingeruntur. Annon enim pudendum eſt, ab iſtis Fidei & Veritatis, vt quidem videri volunt, magiſtris, ineptiſſimam illam verborum Domini, Luc. 17. 14. Ite, oſtendite vos ſacerdotibus contorſionem de pœ. diſt. 1. cap. Quem pœnitet, 88. non eſſe ſublatam? Præcepit Dominus mundandis, vt oſtenderent ORA ſacerdotibus; docens cyr-

porali præſentia confitenda peccata non per nuncium, non per ſcriptum manifeſtanda. Dixit enim Ora Monſtrate, & Omnes: non vnus pro omnibus, non alium ſtatuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus à Moſe ſtatutum: ſed qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis. Nec verba tantùm hæc nullius precii, pergunt Lectoribus ingerere, ſed nec admonere eos ſuſtinent, librum de vera & falſa pœnitentia, ex quo ea citantur, non Auguſtini, ſed alicuius multò recentioris eſſe.

CVM igitur Index ille Expurgatorius, de quo dicere cœperam, recudendus hic eſſet, & à me vir ornatiſſimus Dn. Lazarus Zeznerus peterit, ſi quid libri eius materiæ affine aut cognatum haberem, vt cum pietatis veræ ſtudioſis communicarem: breuem hanc Cenſuræ Romanæ in gloſſas iuris Canonici, cum editione Gregoriana earundem Collationem adornandam putaui: non vt iſtud Augiæ ſtabulum totum perpurgarem, id quod alterius operæ, & longioris futurum erat temporis, ſed vt aliis, & minus occupatis, & melius inſtructis, id faciendi anſam præberem, auremque adeo eis vellicarem. Reperientur enim in editione Gregoriana iuris Canonici, & Decreti maximè, ſi diligenter ea excutiatur, & cum veteribus Exemplaribus conferatur, permulta, quæ contra aduerſarios noſtros Pontificios vtiliter poterunt obſeruari.

Bene iu Chriſto ſeruatore, Lector candide vale: Argentorato, Idibus Auguſti, M D X C I X.

Iohannes Pappus D.

LECTORI.

ECce Concilii Tridentini fœtum, Lector, quo libros omnes de quocunque literarum genere in lucem editos cenſendos eſt ſancitum; delegatis ad hoc viris impudentia ne dubium an eruditione inſignioribus, qui Romanæ quicquid Eccleſiæ non concineret, ſeueritate non cenſoria damnarent modò, ſed & ſtylo verſo penitus inducerent. Quod in variis

riis factitatum locis, teſtis à FRANCISCO IVNIO non ita pridem Index editus: teſtis & iſte, qui in Gaditana illa ab Anglis direptione, flammis & ruinis cum darentur cætera, funeſto velut rogo ereptus, & à IACOBO IAMES V. C. ad nobiliſſimum *Pleſſiaci Dominum* miſſus; penes quem, ad facti fidem aſſerendam, prototypus, cuius hoc exemplum prodit. In quo quàm longè eorum ſeſe impudentia effuderit argumento eſſe poteſt, quod non in nuperos, & Patres carnificinam exercere contenti, ni in ſacras ipſas literas (quo ſcelus nullum grauius) manus etiam afferrent: acceſſit fraudi fucus: nam quo tectior foret & excuſatior iſta improbitas, iniurioſi præcipuè in *Indices* extitere, obeliſco configẽtes quicquid Pontificiis errorib. repugnare videbatur: Quaſi verò diuerſus ab Indice textus, aut à textu Index. Atq; vtinam intra hos fines audacia ſteriſſet, & textum ipſum nequaquam violaſſent. Quod cum vtrumque hoc noſtro ſæculo, literarum luce renaſcente, facere non exhorruerint; quid maiorum ætate, ignorantiæ caligine offuſa, tentaſſe non credibile eſt? Sed tibi hoc legenti clarius liquebit; imò quę infra hîc ſubiecimus documento eſſe poſſunt nulli nec veteris, nec recentis memoriæ ſcriptori Ariſtarchos iſtos peperciſſe.

NVPERI.

Ex Hieronymi Oſorii *Epiſcopi Siluenſis libro de Iuſtitia l. 2. iſtud deleri iubent.*

Tunc verè fideles ſumus, cum Dei verbo audientes ſumus.

Ex Fero *in Matthæum cap. 12. Super illud: Aut facite arborem bonam, &c. iſta.*

Chriſtus hic apertè pronuntiat, nos ex natura noſtra malas arbores eſſe.

Item, cap. eodem.

Imò etiam in bonis operibus noſtris nonnihil mali concurrit. Omnes, inquit, iuſtitiæ noſtræ tanquam pannus menſtruatus, &c. Vnde hoc prouenit, niſi ex reliquiis ipſius Adam? Quamuis enim, qui in Chriſto

ſunt baptizati, Chriſtum induerunt, Chriſtus autem iuſtitiam & gratiam ſecum adfert: tamen nondum planè interiit Adam ille vetus. Vnde fit, vt cum Chriſtus gratia ſua ad bona opera extimulat, ipſe Adam, hoc eſt, peruerſa natura, adiicit vel aliquid propriæ complacentiæ, vel proprii commodi, &c. quo fit, vt opus ipſum nunquam ſit perfectum, quamvis ex miſericordia Dei non imputetur piis.

Ex Andreæ Maſii *Comment. ad Ioſuæ hiſtoriam, cap. vlt. iſtud.*

Ad ſolam vitæ benè actæ imitationem, non etiam ad religioſum cultum, quem adorationem vocant Theologi, Diuorum monimenta conſeruare fas eſt.

Ex *libro, cui titulus eſt, Ordo baptizandi cum modo viſitandi Venetiis edito 1576.*

Credis non propriis meritis, ſed Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtute ac merito ad gloriam peruenire? Credis quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro noſtra ſalute mortuus ſit, & quod ex propriis meritis, vel alio modo nullus poſſit ſaluari, niſi in merito paſſionis ipſius? Non erit deſperandum vel dubitandum de ſalute illius, qui ſuprapoſitas petitiones corde crediderit & ore confeſſus fuerit.

PATRES.

Ex Antonii Abbatis *Meliſſis ſiue Sermonibus in Bibliotheca S S. Patrum collecta per Margarinum de la Bigne, Serm. 1.*

Eam verò ſolummodò naturam, quæ increata eſt, colere & venerari didicimus.

Ex Epiphanio *Hareſi 69. pag. 364. Gloſſa deleri iubetur.*

Creaturam non adorari, *licet in textu legatur:* Sancta Dei Eccleſia creaturam non adorat.

Ex Indice Chryſoſtomi.

Apoſtolorum doctrina facilis omnibusque peruia.

Chryſoſt. de Lazaro, Conc. 3. tom. 2. p. 1355. Apoſtoli verò ac Prophetæ omnia contra fecerunt (ſc. quàm à Chriſto ali-

ſto alieni Philoſophi, dicendi artifices, & Rhetores) manifeſta claraque quæ prodiderunt, expoſuerunt omnibus veluti communes orbis doctores, vt per ſe quiſque diſcere poſſit ea quæ dicuntur è ſola lectione.

Nullum bonum hominis poteſt eſſe coram Deo acceptabile.

Idem ſeu quis alius in Opere Imperf. in Matth. Hom. 13. Nullum bonum hominis acceptabile poteſt eſſe ante Deum, cùm nullum bonum liberè homo facere poteſt, ſed ſemper contra malas concupiſcentias certando faciamus.

Confitenda Deo peccata, non homini.

Idem de Lazaro Conc. 3. tom. 2. p. 1371. Cur pudeſcis & erubeſcis dicere peccata tua? Caue enim homini dixeris, ne tibi opprobret: Neque enim conſeruo confiteris, vt in publicum proferat, ſed ei, qui Dominus eſt, ei qui tui curam gerit, &c. *Mox.* Mihi ſoli dic peccatum (Deum ipſum loquentem facit) priuatim, vt ſanem vlcus, teque dolore liberabo.

Eccleſia non ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificata.

Idem in Serm. de Pentecoſte, tom. 3. pag. 877. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferni non præualebunt aduerſus eam. Super hanc petram; non dixit ſuper Petrum: Non enim ſuper hominem, ſed ſuper fidem ædificauerit Eccleſiam ſuam. Quid autem erat fides? Tu es Chriſtus filius Dei viui, &c. Quid eſt ſuper Petram? hoc eſt ſuper confeſſionem, ſuper ſermones pietatis.

Fide ſola iuſtificari.

Idem Hom. de verbis Pauli, Non ſolum, ſed & gloriamur in afflictionibus, &c. tom. 3. p. 945. Nullis oneroſis aut laborioſis aut moleſtis mandatis impoſitis, ſed fide tantum requiſita, & iuſtificauit nos & ſanctos reddidit, &c.

Fidem ſolam ſaluare.

Idem in Epiſtola Pauli ad Titum, cap. ſecundo, Homilia 3.

Si credis fidei cur alia inferes, quaſi fides iuſtificari nō ſufficiat?

Sine Scriptura diuina nihil aſſeuerandum.

Idem in Pſal.95.tom.1.pag.960. Neque enim oportet quicquam dicere ſine teſtibus, ſolaque animi cogitatione. Nam ſi quid dicitur abſque Scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæſitans, &c. Verùm è Scriptura diuinæ vocis prodiit teſtimonium, & loquentis ſermonem, & audientis animum confirmat.

Ex Hilarii Indice.

Alienis meritis & operibus nemo iuuatur.

Hilar. in Matth. Canon. 27. Et quia prodire obuiam fatuæ extinctis lampadibus non poſſunt, deprecantur eas, quæ prudentes erant, vt oleum mutuent; Quibus reſponderunt non poſſe ſe dare, quia non ſit fortaſſe quod omnibus ſatis ſit. Alienis ſcilicet operibus ac meritis neminem adiuuandum, quia vnicuique lampadi ſuæ emere oleum ſit neceſſe.

Ex Hieronymi Indice.

Fides ſola iuſtificat.

Hier. in Ep. ad Rom. c. 10. Super illud, Ignorantes enim iuſtitiam Dei, &c. Ignorantes quod Deus ex ſola fide iuſtificat, & iuſtos ſe ex Legis operibus, quam non cuſtodierunt, eſſe putantes, noluerunt ſe remiſſioni ſubiicere peccatorum, ne peccatores fuiſſe viderentur.

Et in cap. 11. ſuper illud, Quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael. Et ad Gal. c. 2. ſuper illud, Gentiliter viuis, & non Iudaicè.

Opera non iuſtificant.

Idem ad Galat. c. 2. ſuper illud, Quod ſi quærentes iuſtificari, &c. Si enim gentes fides ſola non ſaluat, nec nos: quia ex operibus nemo iuſtificatur. Ergo adhuc peccatores ſumus, & Chriſtus peccatorum miniſter eſt, tanquam non valens peccata indulgere.

Imago vna tantùm veneranda.

Idem in Ezech. l. 4. c. 16. verſus finem. Nos autem vnum habemus virum, & vnam veneramur imaginem, quæ eſt imago inuiſibilis & omnipotentis Dei.

E Cyrilli Alexandrini textu & Indice.

Habitat Ieſus per fidem in cordibus noſtris.

Cyrill. Alex. in Eſ. l. 4. Orat. 5. in fi. Sed vbi non haberent Dei timorem in ſeipſis, nec Ieſum per fidem incolam reciperent ([a] Habitat enim in cordibus noſtris per fidem, ſicuti ſcriptum eſt) locum illum vacare antiquus ille & impurus ſpiritus conſpicatus, irrupit denuo, & in illos tranſmigrauit, factaque ſunt illorum nouiſſima deteriora prioribus.

[a] *Hæc ſunt ipſiſſima Pauli verba Epheſ. 3. v. 17.*

Ex Indice Bibliorum Roberti Stephani *in libros V. & N. Teſt. cum aliis multis ſequentes propoſitiones deleri iubentur tanquam ſuſpecta.*

Credens Chriſto non morietur in æternum.

Ioh. c. 11. ℣. 26. Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

Fide purificantur corda.

Act. 15. ℣. 9. Nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.

Iuſtificamur fide in Chriſtum.

Galat. 2. ℣. 16. Scientes autem, quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credidimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.

Iuſtitia noſtra Chriſtus.

1. Cor. 1. ℣. 30. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.

Iuſtus coram Deo nemo.

Pſalm. 143. vel, *142. ℣.* 2. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Vxorem habeat vnuſquiſque.

1. Cor. c. 7. ℣: 2. Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat.

EN la ciudad de Toledo à nueue dias del mes de Hebreo de mil y quinientos y ochenta y quatro annos, el illuſtriſſimo y reuerendiſſimo Cardenal don Gaſpar de Quiroga, Arcobiſpo de Toledo, Inquiſidor, Apoſtolico general mi ſennor, taſſo a cinco marauedis cada pliego del Expurgatorio de los libros, que por el Catalogo impreſſo el anno proxime paſſado ſu ſennoria illuſtriſſima manda que ſe repurguen y emienden. Y para que del lo conſte, di la preſente firmada de mi nombre, dia mes y anno ſuſodichos, en teſtimonio de verdad. Yo Pedro de V. ale Villamannan, ſecretario.

Google

Byden Coninck.

PHilippus byder gratie Gods, Coninck van Caſtilien, van Leon, van Arragon, van Nauarre, van Napels, van Sicilien, van Maillorcke, van Sardayne, van den eylanden Indien ende vaſten lande der zee Oceane, Eertshertoge van Oiſtenrycke, Hertoge van Bourgoingnen, van Lothryck, van Brabant, van Lymborch, van Luxemborch, van Gelre ende van Melanen: Grave van Habsborch, van Vlaendren, van Artoys, van Bourgoingnē Palſgrave, ende van Henegouvve, vā Hollant, van Zeelant, van Namen, ende van Zutphen: Printe van Zvvaue, Margrave des heylycx Rycx, Herre van Vrieslant, van Salins, van Mechelen, vande ſtat, ſteden ende landen van Vtrecht, Oueryſſel ende Groeninge, Ende Dominateur in Aſie ende in Affrycke, Allen den gehnen die deſen iegenvverdige zie ſullen ſaluyt, Alſoe tot voirderinge vande oprechte leeringe, zoe vvel in onſe lande van her vvert ſouere, als vanden anderen, aldaer vuyt deſe landen boecken geſonden vvorden; vvy in den Iaere xv, negenentzeſt ich leſt leden, by tvvee cataloguen opt ſtuck vanden verboden boecken gepubliceret, gezuynert hebben die gemeyne ende particuliere libraryen van de boecken, diemen alſdoen ende voirden iegen vvordigen tiit benant peryckeleux ende ſcandaleux te ziine. Hierinne, naevolgende die geeſtlyke ende vvettige ordinancie, ende tgene dat by theylich Concilium van Trente, ende die decreten ende cataloguen van den, geſtatueert ende vercleert is gevveſt, Ende vvantmen onder de voirſ boecken vele beuonden heeft in alle faculteyten ende ſcientien, de vvelche, vveſende gezuyuert ende gerepurgeert van eenige dingen van quader leeringe oft anderſſins van quaet genoelen, ſouden voirts ende voir den meeren deel, proſſytelickende oirboirlyck mogen vveſen, Ende niet vvillende verloren laten gaen een zoe merckelycke ſomme van penningen, laertoe die vverde van gelycke boecken betraege ſal, tot grote ſchade vande coopluyden van dien, ende mit verlies van

Dele (in folio ternionis B. facie priori) illa verba, Ne dicam ſpurcitiem.

Del. B. 3. facie priori, ab illo loco, Poteram & ego, *vſque ad*, Audio quoſdam.

D. fol. 6. ternionis B. pag. 1. ſub finem, ab illo loco. Quum Theologorum ſcholæ *vſque ad*, Iam ſentio quoſdam.

Del. pag. 180. poſt medium ab illo loco, Quin probabilius eſt, *vſque ad*, Ab Attica venit Corinthum.

Pag. 242. in argumento epiſtolæ ad Romanos H. deleatur verbum, Solam, ac ſolam fidem in Chriſto, &c.

Pag. 305. litera 1. in argumento epiſtolæ ad Galat. ab illo loco Cui morbo, &c. *vſque ad*, hanc epiſtolam.

Fol. 1. facie 2. præfationis in annota. in nouum Teſtamentum,

tum, *ſub finem*, *illud deleatur*. Non ſolum pietate, verum etiam: *vt ſtatim poſt dele illud*, Hoc eſt veri theologi.
Fol. 2. deleatur ab illo loco, Ne dicam vngulis, &c. *vſque ad*, vt gratius eſt.
Fol. 7. deleatur ab illo loco Præſertim in iis, &c. *vſque ad*, Sed ætati.
Fol. 14. deleatur ab illo loco, Nam prior illa ratio, &c. *vſque ad*, Equidem malo credere: & *fiat magnum E. in dictione* Equidem.
Fol. 25. Ex 4. CAP. MATTH. *Deleatur ab illo loco*, Vt intelligamus nullum, &c. *vſque ad*, Cæterum.
Fol. 28. deleatur ab illo loco Imo non pudet, &c. *vſque ad*, ſal euanuerit.
Fol. 35. in cap. 6. Matth. B del. ab illo loco.
Porro quod hodie, &c. *vſque ad*, leuius videri poterat.
Fol. 37. deleatur ab illo loco; Iſti recte admoniti, &c. *vſque ad*, Debita noſtra.
Fol. 47. in cap. 9. dele ab illo loco, Sic enim vocat, &c. *vſque ad*, operæ precium eſt.
Fol. 49. in cap. 10. Matth. dele ab illo loco, Nequis ab hoc, &c. *vſque ad*, Certe ex ordine.
In c. 11. fol. 58. deleatur, ab illo loco, Præter id, &c. *vſque ad*, Mutuam charitatem.
Ibidem ſequitur delendum ab illo loco, Sed quemadmodum apud Iudæos, *vsque ad initium capitis 12.*
In 12. cap. Matth. fol. 62. deleatur ab illo loco, Cæterum aut hodie, &c. *vsque ad*, Extendens manum.
Ibidem ſtatim poſt, dele illud, Deinde quod in his.
In 15. ca. Matth. fol. 70. del. ab illo loco, Huiuſmodi captionum, &c. *vſque ad*, Cæterum ideo.
In cap. 16. Matth. fol. 75. deleatur ab illo loco, Proinde miror eſſe, &c. *vsque ad*, Diuus Cyprianus.
Deleatur ibidem marginalis, Eccleſia non eſt fundata ſuper Petrum.
In cap. 17. fol. 78. del. ab illo loco, At nunc videmus, &c. *vſque ad*, illud obiter admonendum.
Fol. 79. del. ab illo loco, Siquidem videtur, &c. *vſque ad*, Chriſtus teſtatus.
Ibidem in margine del. Expreſſa Hieronymi opinio de vectigali Eccleſiaſticorum.

Fol. 169. deleatur ab illo loco, Et hunc locum Monachi, &c. *vsque ad,* In ſecula.
In cap. 2. fol. 172. Ne rurſum mendicorum pannos imaginemur, *dele verbum,* rurſum.
Ibidem deleatur ab illo loco, Nunc mendacium, &c. *vsque ad,* Hominibus bonæ voluntatis. xcvi.
Fol. 174. dele ab illo loco, Hoc eo partim admonui, &c. *vſque ad.,* paſtores loquebantur.
Fol. 177. del. ab illo loco, Ego vt pro hac ſententia, &c *vsque ad,* Cæterum cum Chriſtus. *In 3. cap. Luca, fol. 182. del. illud,* Quod ipſum per ſe iniquum eſt.
Ibidem del. ab illo loco, Neque verò me fugit, &c. *vsque ad,* ſtipendiis veſtris.
In 6. cap. Luca, 190, del ab illo loco, Non argutiæ, &c. *vsque ad,* exprobrauerint.
In cap. 7. Luca, fol. 192 del ab illo loco, Benignè largitur, &c. *vſque ad,* Hæc non eò ſpectant. *Ibidem in margine dele illud,* Phariſæi captatores.
In c. 10. fol. 199. del. ab illo loco, Et hunc locum detorquemus, *vſque ad,* Reuerſi ſunt autem.
In cap. 11. fol. 204. ab illo loco. Et haud ſcio, &c. *vſque ad,* Quæ putare.
Ibidem del. ab illo loco, Hic locus ad eos pertinet, &c. *vſque ad,* Quod conſentitis.
Fol. 224 deleatur ab illo loco, In nugis leuiculis, &c. *vſque ad,* Quod ſi quis me vrgeat.
IOHANNIS CAP. I. *Fol. 2·4. ante medium deleantur ab illo loco,* Cæterum vt ingenuè, &c. *vſque ad,* Sic enim ratiocinatur.
Fol. 345. poſt medium del. ab illo loco, Porro quod Ioannes, &c. *vſque ad,* Sed vt manifeſtetur.
Fol. 271. in fine c. 11 del. ab illo loco, Non dixit, ſi hoc aut illo, *vſque ad,* ſi dilexeritis vos inuicem.
Fol. 278. poſt medium c. 17 deleatur ab illo loco. Nec tantum eſt tribuendum, &c. *vſque ad,* Clarifica me.
Fol. 283. vltra medium c. 20. del. ab illo loco, Qui profitentur Euangelium, &c. *vſque ad,* Annotandum & illud.
Fol. 285. vltra medium, cap. 21. del ab illo loco, Vir ille quidem, &c. *vſque ad,* Imò ſi quis attentius.

N

Fol. 287. circa medium, del. ab illo loco, Tale ſanctorum genus,&c.*vſque ad,* Donec veniam.
Ibidem deleatur eiuſdem loci annotatio marginalis, Sancti, quos gignunt cæremoniæ ſine ſpiritu,
Fol. 333. vltra medium, cap. 19. Actor. dele ab illo loco, Nunc ſatis eſt,&c. *vſque ad,* Iudæi atque gentiles.
Ibidem in fine, del. ab illo loco, Sed apertam,vt opinor,&c. *vſque ad,* Et actus.

In Epiſtolam ad Romanos cap. 1.

Fol. 375. in principio, del. ab illo loco, Qui nolunt interpretem,&c. *vſque ad,* Si autem.
Fol. 387. ante medium, cap. 5. dele ab illo loco, Ille peccauit &,&c. *vſque ad,* In quo omnes peccauerunt.
Ibidem paulo poſt dele ab illo loco, Alioqui nec peccant, &c. *vſque ad,* Legem enim peccatum, *fol. 394.*
Fol. 395. in princ del. ab illo loco, illud addendum non eſſe,&c. *vſque ad,* Forma futuri.
Fol. 399. c. 7. circa med. del. ab illo loco, Nec eſt quod, &c.
XCVII. *vſque ad,* Quæ ſub viro eſt.
Fol. 414. cap. 9. ante medium, del. ab illo loco, Atque hic ſi Deum accipias, &c. *vſque ad,* Siue hic locus refertur, *pag. ſequentis vltra medium.*
Fol. 420. circa medium, deleatur illud verbum, Detorſit, *& ponatur illius loco,* detraxit.
Fol. 440. in fine cap. 13. del. ab illo loco, Et recte negligentem,&c.*vſque ad,* Auguſtinus interpretatur.
Fol. 444. c. 14. del. ab illo loco At hodie videmus, &c. *vſque ad,* Non in diſceptationibus.
Fol. 445. vltra medium del. ab illo loco, At pudet me, &c. *vſque ad,* Diuus Hieronymus ſecundo.
Fol. 446. ante medium del. ab illo loco, Quid Auguſtinus interpreretur,*vſque ad,* Alioqui abundare in ſuo.
Fol. 455. cap. 15. dele ab illo loco, Video veteres in his,&c. *vſque ad,* Fruitus fuero.
Fol. 456. circa medium, del. ab illo loco. At hodie nulli magis,&c. *vſque ad,* Si ſpiritualium illorum.

In 1. Corinth. cap. 3.

Fol. 469. circa medium, deleatur ab illo loco. At ſi diuus Paulus,&c. *vſque ad,* Dei enim auctores.

Ibidem

idem in fine deleatur ab illo loco, Nec admodum ad rem, c. *vſque ad*, Thophylactus de gradibus:
l. 485. in principio cap. 7. del. ab illo loco, Ætate Pauli ſum inter, &c. *vſque ad*, Propter fornicationem.
l 486. circa medium, del. ab illo loco, Vel ex hoc loco, c, *vſque ad*, Dico autem non nuptiis.
idem in margine illud deleatur, Paulus coniugatus.
l. 490. in margine deleatur illud, Hieronymus à ſeipſo ſſentiens.
idem in margine, del. illud, Ambroſius à ſeipſo diſſentiens.
l. 491. vltra medium deleatur ab illo loco, Quanquam ſemel, &c. *vſque ad illud, fol. 506.* Beatior autem e-
l. 507. circa med. c. 8. del. ab illo loco, Quod ſi verè dixit, *vſque ad*, Deficiemus.
l. 513. ante medium cap. 10. deleatur ab illo loco, Cur non enduntur, &c. *vſque ad*, Annotatum eſt hic.
l. 515. cap. 11 initio del ab illo loco, Nunc quidem ſuo ar-ratu, *vſque ad*, Per omnia mei memores.
l. 518. ante medium, deleatur ab illo loco, Poſtremo non is conſtat, *vsque ad*, Cæterum frangendi verbum.
l. 520. cap. 12. ſtatim poſt initium dele ab illo loco, Ex hoc pite, &c. *vſque ad*, Diuiſiones gratiarum.
l. 523. cap. 13. in initio, deleatur ab illo loco Charitatē non beam, &c. *vſque ad*, Diſtribuero in cibos pauperum, *od eſt fol. 526.*
l. 532. circa finem, c. 14 del. ab illo loco, Ferendum & hoc, *ue ad*, Atque hæc primum.
l. 537. in initio, del. ab illo loco, Quod ſentiamus hinc quid, *vſque ad*, Habeant ſanè templa.

2. Corinth. cap. ſeptimo.

l. 569. circa medium, del. ab hoc loco, Proinde nihil a-e, *vſque ad*, Seculi autem triſtitia.
l. 580. circa medium cap. 10. del. ab illo loco, Hic locus notandus, *vſque ad*, Paulus ab ipſo Chriſto, XCVIII.
l. 582. in fine. del. ab illo, Illud obiter annotandum, *vſque ad*, Recte pateremini.

In Epiſt. ad Galatas cap. 4.

Fol. 608. in principio, del. ab illo loco, In huiuſmodi rebus, &c. *vſque ad,* Miſit Deus filium.

In Epiſt. ad Epheſios cap. 1.

Fol. 621. circa medium del. ab illo loco, Quaſi cæteri nihil, *vſque ad,* In quo & credentes.

In Epiſtolam ad Philipp. cap. 2.

Fol. 651. circa initium deleatur ab illo loco, Atqui ſi veris agere. *vſque ad* Neque tamen inficias interim.

In Epiſt. ad Coloſſenſes cap. 2.

Fol. 667. in fine del. ab illo loco, Quid ad hæc dicent, &c. *vſque ad,* Neomeniæ,

Fol. 670. ſtatim poſt initium, del. ab illo loco, Et vtinam his quoque, *vſque ad,* Non igitur ſic accipiendum.

Ibidem poſt med. del. ab illo loco, Quæ nec in ſuperſtitione, *vſque ad,* In ſuperſtitione.

Ibidem ſtatim poſt, del. ab illo loco, Idque probe quadrat, *vſque ad,* Et humilitate.

Ibidem ab illo loco del. Et abiecti eſt animi, &c. *vſque ad,* Non ad parcendum corpori.

In 1. Epiſtolam ad Theſſal. cap. 4.

Fol. 681. circa medium, deleatur illud, Sub religionis prætextu.

Ibidem ſtatim poſt, ab illo loco del. Nunc hoc hominum genere, *vſque ad,* Porro ridicule quidam.

In Epiſtolam ad Timoth. 1. cap. 1.

Fol. 690. vltra med. ab illo loco del. Atque in totum ex, *vſque ad,* Porro quod hic vertit.

Ibidem in fine deleatur ab illo loco, Quorſum enim attinet, &c. *vſque ad,* Breue tempus eſt, & ard.

Fol. 698. vltra medium cap. 3. del. ab illo loco. Et periclitatur Chryſoſtomus, *vſque ad,* ornatum κόσμον.

In Epiſt. 1. ad Timoth. cap. 5.

Fol. 707. ante medium, cap. 5. deleantur ab illo loco, Annotandus hic locus, iis. *vſque ad,* Aduerſus presbyterum.

In Epiſt. ad Titum cap. 1.

Fol. 725. ante med. del. ab illo loco, Adeo vt ſi ſpargatur, *vſque ad,* Amplectentem.

Ibidem poſt medium, deleatur ab illo loco, Hic obiter annotandum, &c. *vſque ad,* Proprius eorum propheta.

Fol.

ol.727.c.1.del.ab illo loco, Suo more torquens, *vſque ad,* mbroſius legit.
ol.729. in principio, del. ab illo loco, Exultantes aduerſus rrianos, &c. *vſque ad,* Omiſſus articulus: & fiat ma-ıum O.in Omiſſus. *Et ſtatim poſt mutetur ſic, pro* Non-hil pro diuerſa ſententia *legatur,* pro illorum ſenten-a.

In Epiſtolam ad Hebræos cap. *11.*

l.758. cap. 11. in principio, dele ab illo loco, Hic quidam gutantur, &c. *vſque ad,* Gloſſema quoddam vetu-ım.
idem deleantur illorum annotationes marginales illa, Fi-ı definitio, Gloſſema decretalium notatum, *&* fides, , ſiducia.
.760. poſt initium ſtatim, deleatur ab illo loco, In tan-n eo tempore, &c. *vſque ad,* Cæterum quod locis ali-ot.

In Epiſtolam Petri 1. cap. 5.

788. *poſt medium del. ab illo loco,* Verum idem Euſe-s, *vsque ad,* In oſculo ſancto.

In Epiſtolam Ioannis 1. cap. 5.

800. *in fine, de Cyrillo, ab illo loco deleatur,* Vir, ni fal- XCIX.
, orthodoxus, &c. *vſque ad,* Et hi tres vnum ſunt, *d eſt folio 803. vltra medium.*

eptimo tomo Eraſmi operum, in quo continetur ius Paraphraſis: vbi legis vſque, intellige exclu-ſiuè quæ ſequuntur.

IN MATTH. in præfatione pio lectori in-ſcripta.

2. *prolog. verſu 17. dele* Exclamant, *vſque,* Cur nos ıs.
rius 5. verſu ante finem dele, Me quidem auctore, *vſ-* Qui ſcis.
3. *verſu 2. dele,* Nec horum tamen, *vſque,* Quan-n in libris Euangelicis.
4. *verſu 7. dele,* Equidem cupiam in omnes verti ıas.
m verſu 43. dele Quod an ab apoſtolis, *vſque,* Hoc ıor.

Et verſu 48. *dele*, Quin & illud mihi videtur: & *totos verſus* 37. *vſque ad*, Atque etiam libellos.

Ex capite 5.

De iuramento. pag. 71.

Pag. 25. *verſu vltimo, del. à verbo.* Quæ quo tutiores, *vſque*, Neque Deum, *excluſ.*

Ibidem verſu 14. *del.* Nec opus eſt, *vſque* Abunde ſatis. 73.

Ibidem verſu 17. *dele*, Nec enim alter minus, *vſque* Quòd ſi quis.

Pag. 26. *verſu* 21. Cum in totum vetem iurare, *dele vocabulum*, in totum.

Pag. 27. *verſu* 2. *dele duas illas voces*, præceptum & præcipuum.

Ex cap. 10. *pag.* 46. *verſu* 19. *dele dictionem*, Filius 144 Qui amat patrem aut matrem.

Ex cap. 13. *verſu del.* Serui qui volunt, *vſque ad*, Tempus meſſis. 179.

Ex cap. 16. *pag.* 72. *verſu* 9. *dele illa verba*, Singulari quodam amore, ſiue more. 206.

Ex c. 19. *pag.* 80, *verſu* 15. *dele*, Namque alteri viro, *vſque ad*, Sed qui talibus 230.

Pag 81. *verſu* 20. *dele*, Nec vllum eſt opus, *vſque*, Ieſus igitur. qui natura. 233.

Ex cap. 17. *pag.* 109. *verſu* 13. *ante finem expungi illa verba.* Ac cæteris quidem digreſſis. *vſque* poſtridie verò, 315.

Ex annotationibus in Marcum cap. 1.

Pag. 220. *verſu* 16. *dele*, Et tamen horum, *vſque ad*, Porrò terror diuinæ, *excluſiue pag.* 349. in fine.

Cap. 2. *pag.* 132. *verſu* 10. *dele*, Nec vlla ſacrificauit, *vſque ad*, Totus ſibi. *pag* 385.

Pag. 392 *dele*, Confidunt enim potentiæ, *vſque ad*, fiducia ſpiritualis.

Pag 135, *verſu* 23. *del.* Cæterum vt cibus, *vſque* Nondum autem.

Ibidem verſu 48. Proinde meis diſcipulis, *vſque* inutilis eſt mixtura.

Pag. 136. *verſu* 4. Quiuis dies ſit æque ſacer, *dele vocem*, æque. 367.

Pag. 137. *verſu* 4. *del.* Ita rectè negligitur, *vſque ad*, itidem cibus 397.

Pag. 138. *verſu* 18. Cæterum Eccleſia, *vſque ad*, Quiſquis eſt obnoxius. 401.

Et

ap.19. verſu 48 del. Vxor enim quæ ſui corporis, &c.
ue, His dictis. 515.
. *182. verſu 40. del.* Etenim qui præmii cauſa, *vſque ad*
mo ſui iudex. *526*.

Ex annotationibus in Lucam, ex
Prologo.

209. verſu 12. del. Et Moſi præſcriptis, *vſque ad*, non
ebat. *609*.
em verſu 5. del. Tantum vt morbum agnoſcamus,
e, Quemadmodum autem. Denique ſimplex eſt,
e, nam & ſumus. 610.
ap. 1. 219. verſu vltimo del. illud. Diuini fauoris eſt,
ad, hoc ipſo places.
ap. 4 verſu 27. dele, ter.
ap. 5. verſu penult. del. Nullum aliud exigens, *vſque ad*,
o quod Dominus.
medium. pag. 748.
ap. 22. pag. 342. *ver. 25. del.* Quem niſi caſtigaſſet,
ad, Ait autem Dominus.
994. circa med. cap.
ap. 23. pag. 348. *verſu 7.* Qui ſuam mortem, *vſque ad*,
peſcuit. *pag. 1011. ante medium cap.*
p. 24. pag. 355. verſu 35. del. prohibens, iurare, *vsque*,
s etiam. 1032.
6. ver. 6. ante finem del. Quid autem exigit *vſque ad*,
ſt autem iudicium. C.
36. Ex epiſt, fol. 1085. dele. Sed harum *vſq. Atque hæc*
n.
notationibus in Ioannem.
87. dele quanquam vt ingenue, *vsque* Quo magis
bus.
3. verſu 7. ante finem del. Quanquam vt ingenue
, *vsque ad*, Quo magis omnibus.
. *2. pag.* 388. *verſu penult. del.* Huius gloriæ, *vsque*,
faciam. 1133.
. *8. pag. 431. verſu penult. del.* Sola credulitas, *vsque*,
am manſueto. *1258*.
9. pag. 433. verſu 30. illud del. Non punit Deus, *vs*-
ed hinc caſu. *1262*.

Ex Epiſtola Pauli ad Romanos. cap. 5.

Pag. 584. verſu 42 deleatur, Atque ita factum eſt, *vſque ad*, Ita per vnum Chriſtum.
Pag. 586. verſu 3. à fine del. Aut cupiditates, *vſque, ſed gratia.cap.6.fol.85.*

Ex prima ad Corinth. in præfatione.

Pag. 613. verſu 17. del. Nam Dionyſius *vſque*, legi Græcorum. *Et paulò inferius deleatur*, Vtinam illud, *vſque ad*, è cuius indigno.
Ibidem pag. 614. verſu 30. del. Mihi prioris Chriſtianiſmi, *vſque*, Sed vt currat oratio.
Pag. 616. verſu 24. deleatur, Atque vtinam hic quoque, *vſque*, Ad tuæ.
Pag. 640. verſu 3. à fine del. Approbo quod dicis, *vſque*, verum in aliis. *cap. 8.*

Ad Philippenſes cap. 4.

Pag. 721 verſu 12. illa ſic corrige, Pro vera germanaque coniunx, *ponatur*, vere germaneque compar.

In Epiſt. ad Epheſios.

Pag. 697. verſu 32. del. Iam ars eſſe cœpit, *vſque*, Atque hic protinus.
In præfa. 378. quæ tota deleatur.

In Epiſt. ad Galatas. cap. 4.

Pag. 686. verſu 12. à fine del. Sed quemadmodum Iudæi, *vſque*, vos quondam.

Ad Timoth. 1. cap. 1.

Pag. 743. verſu 12. dele, Ea ſi adſit, *vſque*, Humana charitas.

Ex Epiſt. Iacobi. *cap. 2. Sed dicet quis.*

Pag. 803. verſu 11. à fine del, Separare cupiens, *vſque ad*, Dicat, *excluſiue.*
Ibidem verſu 5. à fine del. Quæ fidei *vſque* Qui in arbore, *Circa finem capitis ne fides quidem eſt.*
Pag. 806. verſu vltimo dele, Alioqui fidei *vſque ad*, Etenim quemadmodum.
In octauum tomum nulla ſunt annotata, cum ea tantum, quæ à Græcis auctoribus ſunt verſa, contineat.

Ex tomo nono Eraſmi operum, ex Apologetica ad Dorpium.

Deleatur pag. 8. verſu 3. Nebulones Theologico ſchemate perſonati.

Ibid.

verſu 6. à fine, Hinc ſæpenumero coguntur, &c. *vſ-*
d, Quæſo quid commercii, *excluſiuè.*
s ſub finem, illud. Contendit alicubi eſſe, &c. *vſq; ad,*
erum quid apud ſe.

In Apologia, In principio erat ſermo.

6. deleatur ab illo loco, Ob animi ſtuporem, &c. *vſq;*
ordatis & eruditis.

In annotatione ac Apolog. contra
Leum.

9. verſ. 6. à fine del. Sed animo characterem, &c. *vſ-*
d, ad ccxxiiij.

o2. ver. 9. illud del. Alioqui quum in omni fere, &c.
ad, Quod ſi doctrina.

8. poſt. med. del. ab illo loco, Hieronymus alicubi, *vſ-*
d, Quas autem hæreſes.

n ſtatim poſt, del. An lapſus ſit alicubi, *vſque ad,* An
m notat.

In annot. nouis Eduardi Lei.

o. verſu 9. del. ab illo loco, Quis autem veterum, *vſq;* CI.
iii. Talita cumi.

14. vltra med, del. ab hoc loco, Sed quum verſemur,
d illud folii 220. ad xvi. At hanc nominatim.

3. vltra med. del. illud, Nam quod adferimus, *vſque*
m ſufficiat ea ratio.

9. ver. 7. del. ab illo loco Quando non deſunt *vſq;*
uod ait.

In Apologiam ad Iacobum Stuuicam.

4. vltra medium del. ab illo loco, Quæ tandem pe-
ia eſt, *vſque ad eodem annotat, iiij.* In transmigra-
Babylonis.

7. ſub finem ex cap. xvi. annot. dele illud, Nam mihi
um, *vſque ad,* Stuuica multis modis,

6. eodem annot. ij. del. illud Hunc qui plus ſatis, *vſq;*
erum non illic ſpectabam.

7. vltra med. ad illud, De ſacramentis Eccleſiæ re-
er vbique, &c. *Addatur hic in margine. Vide Con-*
dent. ſeſſio. 14. de ſacramento pœnitentiæ. *can. 6.*

m paragrapho ad illud Si tamen recepit Eccleſia,
r in margine, Vide idem Concil. *ſeſſio* 7. de ſacramen-
t. 1.

Fol.570.circa med.del.ab illo loco, Quod ſi qua ſit fides, Iam quod in ſcholis.

Super annotatis in Enchiridio militis Chriſtiani,

Fol.573.vltra medium del. ab illo loco, Vtinam autem vigeret, *vſque ad*, Triginta fermè tales.

Ex Apologia ad Petrum Sutoris.

Fol.904.vltra medium,del.ab illo loco, Subit obiter admirari, *vſq;*, Quomodo excuſabit iuuencum, *quod eſt verſu 5.pag.ſequentis.*

Fol.615.verſu 4.del.illud, Ipſi citius occidant, *vſque ad*, Complectitur autem hæc ſententia.

Fol. 611. vltra medium,deleatur illud, Mirabile ſophiſma,

Fol.630. verſu 11.*del.ab illo loco*, Sed imminet periculum, *vſq;*, poſtremo profert fabulam.

Fol.646.poſt. med.ab illo loco, Sed mihi cum apoſt.Paulo, *vſq; ad*, Accipe alteram.

De delectu ciborum,

Fol.665.vltra med.del.ab illo loco, Vix autem aliæ res, *vſque*, arbitror autem puriorem.

Ibid.ver.4.à fine,del.ab illo loco, Iam quum Dominus, ait, *vſque ad*, Paulus nuſquam non clamat.

Fol.668.cir.med.del.illud, horum delect. ſuperſtitioſum facere poteſt, pium nequaquam.

Fol.685.ver.5.à fine,del. ab illo loco, Multa vero ſunt, *vſq; ad illud folii. 687.* Neque propono hæc tanquam dubia.

De translatione Scripturæ ſacræ.

Fol.703.ante med. del.ab illo loco, Iam vt ſit aliquid periculi, *vſq; ad*, Quanquam quod hic citant.

*Fol.7 3.ver.*11 *del.ab illo loco*, Nam quæ dicuntur de ſuperſtitione, *vſq;*, Quanquam hunc locum.

Fol. 716. ante medium del. ab illo loco At in hac ſuperſtitione, *vſq; ad*, Hæc dixeram non quod in totum.

Fol 713.circa med.del.ab hoc loco. Cœlibatus autem per ſe, *vſq; ad*, fruſtra corpus.

Fol.731.cir med.del. ab illo loco, Nec probabile videtur, *vſq; ad*, At Aug.vehementer.

C III. *Fol.735.vlt. med.del.ab illo loco*, Nam tunc Abbates, *vſq; ad*, Atque vt verum eſſe fateor.

Ibi.

ver.2.à fine del.ab illo loco, Ab illa certe latinitate, *vſ-*
ad, Hic igitur, inter theologos.
737.del.ab illo loco, Quanquam illa iam, *vſque ad,* Sed
is qui accedebant.
44.ſub finem del.ab illo loco, Quod ſi qui ita loquan-
vſq; ad, Proinde quæ hic dicuntur.
53. ſub finem del. ab illo loco Determinatio facultatis
logicę, *vſq; ad fol.775.Ibi.* Reſponſio ad diſputatio-
quia omnia ſunt ex magnis colloquiis.

Ad collationes Titelmanni.

75.tract.de diuortio, Admonemus lectorem hanc
utationem Eraſmi & aliorum quorundam aucto-
eſſe inhibitam explicatione & ſententia Concilii
.
785. vltra med. del. illud, Etiam in hæreticos erro-

802. ver. 15. del. ab illo loco, An non hoc eſt vnum
æcipuè, *vſque ad,* Illud non modo calumnioſum

5.v.15.del.ab illo loco, Atqui ſi tam moroſis iudiciis,
ad, notant & hoc dictum.
61.ad med.del.ab illo loco Nunc ad ignem pertrahi-
vſq; Et olim in Synodo.
r. med.del. ab illo loco, Nunc interdum Monachi,
cætera petantur ex eo loco.
63.vltra med.del.ab illo loco, Item in colloquio, *vſq;*
icus non extat.
m ſequitur, ab illo loco deleatur, O ſanctam inquiſi-
em, *vſq;,* contra orthodoxæ ac catholicæ, *verſu 15.*
quentis.
m ſeq. del. ab illo loco obiectio 26. Et in colloquio,
, *vſq;,* Item in prologo
m vltra medium reſponſio 26. del. ab illo loco, In collo-
taxo quoſdam, *vſq;* Ad hoc reſponſum eſt Bedæ,
ſione 27.pag.865.
65.vltra med. illud del.obiectio 30. Et in colloquio,
naufragium, *vſque,* Et in ſcholiis Epiſtolæ.
66.reſpon.30.del. colloquio naufragio, *vſq; ad reſp.*
teor hæc verba.

Digitized by Google

Fol.871.ver.5.del.ab illo loco,Et in colloquio Virgo, vſq; ad,Quid denique de vinculo obiectio,44. Ibidem in fine reſponſ.41.del. ab illo loco,Nec eſt vſque adeo nouum, vſque ad,Etiam atque etiam rogo.

Fol.877.vlt.finem,del,ab illo loco.Et in colloquio,Conuiuium,vſq; ad,Generali vocabulo,quidquid.

Ibidem verſu 11.fine,del.ab illo loco. De ſacramentis non attinet,vſq;,In apologia ad Leum,quod eſt circa medium pag.ſequentis.

Fol.882.ver del. ab illo loco, Et illud hiſce de rebus, vſq; ad, Porro his,de quibus aſſerit.

Ibid.ver.2.à fine, del.illa, in aliquo ſenſu poteſt eſſe verum,&c.

Fol.885.ver.vlt. del.ab illo loco Item in colloquio Proci, vſque ad,Item in calce libelli,quod eſt verſ.9.fol.887.

Fol.887. poſt med. reſp.87.88.89.del.Tantum hoc dicam, vſque ad,contra catholicos ſæpe.

Fol.890.ver.5.del.ab hoc loco,Porro quantum indulgentiæ,vſque ad,Quanquam à me nuſquam. Ibid. obiectio 97.del.ab illo loco,Contra Sanctorum venerationes,vſq; ad obiect.98 contra ius in bonis temporalibus.

Fol.901.circa finem del.ab illo loco, Iam quum conſtet ex, vſque ad,Ego apud Lutheranos.

Fol.903.vlt.med.del ab illo loco, Olim non ſemel ſynaxis, vſq;, Nuſquam vlla ſyllaba.

Fol.922.ver. 8.del.illa. Summam poteſtatem Pontifici, vſque ad, Summam charitatem.

Fol.929.vltra med.del.ab illo loco, Ait lucubrationes meas, vſque ad folium 934. Nunc pollicetur horrenda ſe demonſtraturum.

Fol.935.ver.10.del.ab illo loco, Et tamen ab eo minimũ, vſque ad,bellare Iudæorum more.

CIV. Fol.938.ante med.del.ab eo loco, Denique occidendi ius, vſque ad,Num tot anathemata.

Ibidem ver.10.à fine,del.ab illo loco.Sed quid opus eſt, vſque ad,Hoc igitur loco.

Fol.940.vlt.med[illegible]b illo, citius licet inter laicos eſſe, vſque ad,Ego horum temporum.

Fol.964.cir.med.del ab illo loco. His verbis Hierony. declarat,vſq; ad,Preſbyteros autem in quacunque.

Fol.

8.*vlt.med.del.ab illo loco*, Hæc in immenſum exag-
:, *vſq; ad*, conſtitutiones humanæ.
o. *ver* 1. *del.ab illo loco*. Ex lib. de matrimonio, *vſ-*
, Aſſertur ex methodo, *quod eſt verſ.* 1. *pag.*

5. *v.* 7. *à fine del ab illo loco*, Nolo ſcripturam ac-
odari, *vſq; ad*, Sed non permittit.
2. *deleatur tota epiſtola, vſq; ad verſum* 8. *pag.* 997.
8. *ver.*12. Scripſi diatribam, *vſq; ad*, Quædam in
ertione.
51. *ver.*6. *del.ab illo loco*, Quanquam video & inter,
An hoc eſt per ſummas ariſtas.
2. *ver.*14. *del.ab illo loco*, Dubitatum eſt, *vſq; ad*, Et
controuerſum.
5. *v.*6 Nam non natos odit, *vſq; ad*, Natos odit,
ommittunt odio digna.
o. *circa med. del. ab illo loco*, Et in his quidam po-
am, *vſq;* peccat vulgus.
4. *v* 8. *del ab illo loco*, Præterea ſunt Monachi, *vſq;*
ncipes non ſine cauſa.
20. *ver.* 9. *del. ab illo verbo*. Theologis ac mona-
ſq; ad, Verum iam dudum.
52. *ver.*12. *à fine illud del.* Seculis aliquot abomi-

3. *ver.*4. *illud del.* olim liberum erat, *vſq; ad*, olim
ius hæreticos.
5. *ver* 13. *ante finē dele*, Iam audio quoſdam *vſq; ad*,
me diſcruciat, *quod eſt ver.*3. *pag. ſequentis.*
8. *circa med.del.* Nam ſi qui mixti ſunt, *vſque ad*,
utem Eccleſiæ.
l.ab illo verbo, Iam inter Metropolitanos, *vſque*
Huttenus non fert.
9. *ver.* 1. *del. ab illo loco*, Pleraq; Lutheri probant,
, Cuperent explicari conſcientias.
5. *ver.*15. *à fine del. ab eo verbo*, Non agitur de ar-
, *vſq;*, Vbiq; me vaniſſimum facit, *quod eſt circa*
m pag. ſequentis.
5. *ver.* 3. *del. ab hoc verbo*. Qui hodie profeſſio-
que ad, Meminiſſe te ſcio, *quod eſt ver.*13. *pag. ſe-*
.

Fol. 1402. *ver.* 6. *del. ab illo loco*, Cæterum quoties, *vſque ad*, noſtri Cenſores, *quod eſt vltra medium.*

Fol. 1403. *ante med. del. ab illo loco*, Scorti molli ſuauiolo ſuperatis, *vſque ad*, Audi magnifice contemptor.

Fol. 1412. *verſus.del.ab illo loco*, Equidem te pulchre concionari, *vſque ad*, Ne tu impune. *Semper excluſiue intelligatur poſt vſque ad.*

Expurgationum operum D. Eraſmi, Baſileæ per Frobenium, Anno 1540. in folio excuſorum

FINIS.

LIBRO-

IBRORVM, QVI IN PRIMO INDICE EXPVRgantur, Elenchus.

THEOLOGICI LIBRI.

Vguſtini commentatores. à pag. 1. vſq;	11
Bertramus presbyter.	11
nionis libri.	18
iſtiani poetæ Georgii Fabritii.	28
ſmus Oſualdus.	36
ſmus Roterodamus.	71. 226. 139. & 188.
rgius Caſſander.	37
onymi opera.	à pag. 40. vſque 52
bus Fabri.	à pag. 52. vſq; 71.
bus Scepperus.	71
eus.	71
s Cornarius.	75
nus martyr.	75
nes Gaſtius.	32
anuel Tremellius.	217
gius.	77
a Latina quæ olim ante Romana, &c.	73
ullianus.	79
ophylactus Bulgariæ Epiſcopus.	82
us Betuleus.	82

IVRISPRVDENTIÆ.

onius de Roſellis.	pag. 85
olus Molinæus.	87
iſtophorus Hegendorpius.	114
radus Lagus.	115
Malleolus.	115
ciſcus Zabarella.	116

Hieronymus Scurff Ibidem
Ioannes Petrus de Ferrariis Ibidem
Ioannes Appellus 119
Ioannes Oldendorpius Ibidem
Leopoldus Dickius 123
Matthæus Veſembeckius Ibidem
Melchior Clingius 124

MEDICINÆ.

Conradus Geſnerus pag. 127
Eobanus Heſſus 130
Euricius Cordus Ibidem
Ianus Cornarius 131
Ioannes Lonicerus 133
I. Scaliger 134
Leonardus Fuchſius Ibidem

PHILOSOPHICI.

Iacobus Scheckius pag. 145
Ioannes Velcurio 145
Ioachimus Camerarius 145
Martinus Borraus 146
Petrus Ramus 147
Simon Simonius 148
Simon Grinæus Ibidem

MATHEMATICI.

Cyprianus Leouitius pag. 149
Eraſmus Oſualdus. Schreckenfuchſius 151
Gaſpar Peucerus 152
Gulielmus Xylander Ibidem & 167
Iacobus Zieglerus 153
Ioannes Schonerus Ibidem
Ioachimus Vadianus 154
Martinus Cruſius 155
Martinus Borrhaus Ibidem
Michael Safelius 156
Petrus Ramus Ibidem
Sebaſtianus Theodoricus Ibidem
Sebaſtianus Munſterus 204

HVMANIORES DISCIPLINÆ.

Andreas Althamarus pag. 156
Conradus Geſnerus 167

Chry-

hryſoſtomus Neapolitanus	158
humannus Elmeſpanchius	158
onradus Clauſerus	Ibidem
onradus Lycoſthenes	159
onſtantinus Balduini	Ibidem
yrus Theodorus Prodromus	162
auid Chytreus	163
chiridion Principis & Magiſtratus Chriſtiani	164
piſtolæ ad Fredericum Nauſeam	166
rardus Geldenhaurus	Ibidem
ilielmus Xylander	152.& 167
ilielmus Poſtellus	168
nricus Stephanus	Ibidem
eronymus Wolfius	Ibidem
nus Cornarius	169
nnes Cuſpinianus	Ibidem
nnes Carion	173
locus Willichius Roſellanus	182
nnes Funchius	Ibidem
nnes Sartor	187
chimus Camerarius	190
urentius Humfredus	192
rtinus Grucius	193
tthias Illyricus	Ibidem
tthæus Garbitius	Ibidem
ulus Eberus	Ibidem
ydorus Virgilius	194
dolphus Gualterus	204
phanus Doletus	215
omas Naogeorgius	Ibidem
entius Obſopæus	Ibidem
ſtus Betulaus.	216
nophontis operum interpretes.	2 6

Nota numeros maiuſculos in
argine poſitos, eſſe paginarum
xemplaris Plantini

CENSVRAE IN GLOSSAS IVRIS CANONICI, à fr. THOMA MANRIQ. ſacri & Apoſtolici Palatii Magiſtro, iuſſu PII V. Pontificis, anno 1572. editæ,

CVM IISDEM GLOSSIS, à SIXTO FABRI, EIVSDEM PALATII *Apoſtolici Magiſtro,* GREGORIO *XIII. Pontifice mandante, anno* 1580. *recognitis & approbatis.*

EX DECRETO GRATIANI.

I.

D*Iſt.1.cap.5.Conſuetudo gloſ.ver. Quod religioni conueniat, vbi ait:* Multa enim ſunt contra rationem, tamen congruunt religioni, vt virginem perperiſſe. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana hæc verba retinet: Sed in margine addit, Propriè non ſunt contra rationem: Sed ſupra rationem.

II.

II.

idem infra gloſ. ver. Quod ſaluti proficiat vbi ait : Licet
tio ſit quod homo debeat per ſe qui inimicum, ta-
n non proficit hoc ad ſalutem. *Deleantur omnia hæc
rba,*
litio Gregoriana hæc quoq; verba retinens, in margine ad-
. Eſt ratio vel deprauata, vel infirma, cum non profi-
ad ſalutem.

III.

ſt. ead. c. 7. ius naturale gloſ. ver. eodem, vbi ait. Et omne
diuinum dicitur naturale ius. *Deleantur omnia hæc
rba.*
litio Gregoriana, ea retinet, addens in margine. Decla-
atur infra diſt. 6. cap. non eſt peccatum. §. his ita-
e.

IIII.

dem infra, vbi ait, *Bene enim fuit aliquid proprium
iure diuino: nam ipſi Adæ fuit dictum: In ſudore vultus
veſcere pane tuo. Et alibi: Non concupiſces rem proximi
. 47. diſt, Virum. Deleantur omnia hæc verba.*
itio Gregoriana hæc quoq; retinet: addens in margine, Vi-
B. Thom. 2. 2. q. 57. act. 3.

V.

ſt. 5. in princ. Hæc quæ in caſu, vbi ait, Sed cum ius natu-
e dicitur ſupra comprehenſum Lege & Euangelio;
ædam autem contraria legi nunc inueniantur con-
ſta: apparet quod ius naturale mutabile eſt, & va-
ur & hoc probatur exemplo mulieris, quæ ſtatim
ſt partum & menſtruum poteſt nunc ingredi Eccle-
m: licet aliter eſſet ſecundum legem: & puer ſtatim,
m natus eſt, poteſt baptizari, & ad hoc inducit cap.
uentia.
itio Gregoriana nihil delet, addit tamen in margine.
claratur infra diſt. 6. c. non eſt peccatum. §. his ita-
e.

VI.

Ibidem gloſ. ver. ſed cum naturale. vbi ait in fine: Ergo reſtat, quod ius naturale ſit variatum. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana nõ modo retinet hæc verba: Sed nec quicquam annot.

VII.

Diſt. 9. c. 11. Sana quippe. gloſ. ver. Cum ergo, vbi ait: Et in Canonica Scriptura nihil aliud, quàm quod in diuinis legibus inuenitur: diuinæ verò leges natura conſiſtunt; patet, quod quæ contraria diuinæ ſeu canonicæ legi inueniuntur, iuri naturali contraria ſunt, & iuri naturali poſtponuntur. *Deleantur vſq; ad hæc verba. Et facit hic correlationem &c. excluſiue.*

Gregoriana editio nihil delet: in margine tamen addit, Vide ſupra diſt. 6. cap. non eſt peccatum §. his itaque.

VIII.

Diſt. 11. c. 6. Conſuetudinem gloſ. ver. Contra fidem, id eſt, contra bonos mores. Et quod ita ſit exponendum, habes de conſecratione, diſt. 4. ſi non ſanctificatur. vbi ex neceſſitate oportet facere eandem expoſitionem. *Deleatur tota hæc gl. vſq; ad c. in his excluſ.*

Editio Gregoriana gloſſam totam exhibet ſed in margine eã reiicit, Longe rectius exponitur ibi in gloſ. c. non ſanctificatur de conſecr. diſt. 4. Vide Turrecre. ſuper hoc cap.

IX.

Diſt. 13. in princ. Item aduerſus gl. ver. Item aduerſus, Aſſignauit, &c. propè mediam, vbi ait, Item vt dicunt, poteſt aliquis eſſe perplexus inter mortale & veniale: vt cum aliquis quærit aliquem inimicum ſuum, quem ſcio eſſe in loco aliquo. Si dico quærenti, illum eſſe in loco illo, pecco mortaliter, quia prodo eum: ſi nego eum eſſe ibi, pecco ſaltem venialiter, vel etiam mortaliter ſi ſum perfectus, *Deleatur vſq; ad hæc verba:* Vel etiam mortaliter, ſi ſum perfectus, *incluſiue.*

X.

ſt.16, c.1. Canones.gl. ver. Atque inter Apocrypha, id
ſine certo auctore, vt Sapientia Salomonis: liber
u filii Syrach qui dicitur Eccleſiaſticus: & liber Iu-
h & Tobiæ: & liber Machabæorum: hi Apocryphi
untur, & tamen leguntur, ſed forte non generali-
r *Deleatur tota hac gl. vſq; ad c. Clementis. excluſiue.*
itio Gregoriana totã hanc gloſſam exhibet: ſed in margine notat. Quinimo libri iſti non Apocryphi, ſed Canoni-
ſunt: quamuis oli m quidam etiam Catholici de illis
bitauerint. Concil. Trident. ſeſſ. 4. de Canon. ſcript.

XI.

ſt 17. c. 6. Concilia. gl ver. Iuſſione vbi ait: Habet ergo
mana Eccleſia auctoritatem à Conciliis. *Deleantur verba vna cum margine è regione poſita, quæ ait:* Papa à
nciliis &c.
itio Gregoriana verba gl. retinet: ſed marginem, omiſit. eadem verò gl. vbi dicitur, Eccleſia Romana primatum
incipaliter habuit à Domino, ſecundariò à Conci-
is, *Gregorius in margine addi voluit*, Concilia propriè
on dederunt primatum Romanæ Eccleſiæ, ſed expli-
tuat datum à Domino.

XII.

Diſt. 21. in princ. Decretis gloſ. ver. Subdiaconos. vbi ait in . Subdiaconatus tunc fuit: ſed non fuit ſacer ordo
dhuc. Extra de ætate. & qual. A multis. *Deleantur hæc verba, vna cum margine è regione poſita, quæ ait:* Subdia-
onatus tempore, &c.
Editio Gregoriana verba quidem gloſſæ retinet: ſed non me-
marginem omittit, ſed hæc inſuper verba addit. Semper
uit ſacer: licet olim quidam de hoc dubitauerint. Vi-
de gloſ. in cap. à multis, de ætat. & qualit. ordi. verſ. ſo-
les & B. Thomam 4. ſent. diſt. 24. art. primo, quæſtiun-
cula 3.

XIII.

Diſt. 23. cap. 2. Quin epiſcopus. gloſ. verſ. Non per conditionem

Vbi ait. Imò quotidie fit prior: *Sc. Diabolus. Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana verbis hiſce retentis, hanc apponit marginem. Nec Diabolos fit peior, nec Angelus melior: nec eorum meritum vel demeritum augetur, niſi quo ad pœnam, vel præmium accidentale. Vide B. Thom. 4. diſt. 50. art. 1. q. 6. & 1. part. q. 62. art. 9.

XIIII.

Ibidem paulo poſt, vbi ait: Et per id quotidie meretur, & fit melior: *Angelus ſc. Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana hæc quoq; verba retinet: ſed iam ſuperiore proxima margine, eis contradixit.

XV.

Ibidem gloſ. ver. Dimittantur, id eſt, dimiſſa oſtendantur, nam per contritionem dimittuntur adulto peccata, non per baptiſmum. Aut enim adultus accedit ad baptiſmum cum charitate: aut non. Si cum charitate, iam nullum in eo eſt peccatum, vt legitur de Centurione, vt 26. diſtin. deinde & de conſecr. diſt. 4. non dubito. Si ſine charitate, nullum peccatum ei dimittitur. de conſecr. diſt 4. oſtenditur. Dimittuntur tamen ſatisfactiones quas pro peccatis facere debet, vt de conſecr. diſt. 4. ſine pœnitentia. Item vt originalia dimittuntur per baptiſmum adultis, ſed nullum mortale, ſi non habet charitatem 1. q. 1. vid. *Deleatur tota hæc gloſ. vſq; ad ver. Extra Eccleſiam, excluſiue.*

Editio Gregoriana retinet totam gloſſam: ſed eam hac margine refutat. Per ſacramentum ex attrito quis fit contritus: ideo dimittuntur peccata, non tantum oſtenduntur dimiſſa. Vide B. Thom. 4. diſt. 4. q. 2. art. 1. q. 1. ad primum, & diſt. 6. q. 1. art. 3. q. 1. ad 5. & 1. part. q. 69. art. 4. ad ſecundum.

XVI.

Diſt. ead. c. 3. His igitur, gl ver. Pro beneficiis, vbi ait: (in omnibus Sacramentis committi Simoniam) niſi in matrimonio ideo forte, quia ibi non confertur gratia

ſpiritus

piritus ſancti, vt 32.q.2.connubia, *Deleantur hæc verba. Et ſequitur*: Sed in aliis ſacramentis confertur, *&c. deleatur illud verbum, aliis, ita vt dicat: ſed in ſacramentis, &c. Margo etiam è regione poſita, quæ inquit*: Hanc ſententiam non approbo: quia, *&c. deleatur tota.*

ditio Gregoriana, ſublata margine, gloſſam relinquit nihil utatam: ſed aliam apponit marginem, quæ ſic habet. Matrimonii etiam ſacramentum confert gratiam: nec xtus allegatus facit ad propoſitum. & vide Concil. rid. ſeſſ.24. c. 1. & B. Thom. 2.2. q.100.art.2. ad 6.arg. 4.diſt. 25. q. 3. art. 2. q. 1. ad 2. diſt. 26. q. 2. art. 3. per t.

XVII.

iſt. 25.c.3. Vnum orarium, Caſus, qui incipit. Ponitur rtia acceptio huius nominis, Crimen, *&c. & finit,* ia facilè dimittuntur, *deleatur totus. Verba caſus ſic bent*, Ponitur tertia acceptio huius nominis. Crien. Dicitur enim Crimen quodlibet mortale peccam, vel veniale, quod ex deliberatione procedit: & n deletur, niſi per pœnitentiam. Quæ verò procent ex infirmitate vel ignorantia, præcepit Iacobus erutram confiteri; quia facile dimittuntur.

itio Gregoriana totum caſum relinquit: ſed duas addit rgines. Vide Turrecrematum hic. & Vide ſup. Thom. diſt. 17. q. 3. art. 4. q.1.ad 1.

XVIII.

d. gl. ver. Quia facile, ait. Quia etiam Laico poſſuis ea confiteri quamuis habeatur copia Sacerdotis: mortalia non confitebimur, niſi ſacerdoti, dumódò poſſit haberi eius copia: aliâs Laico poſſumus onfiteri. *Deleantur omnia hæc verba, vna cum marg. è ione poſita, quæ ait*, Confiteri Laico poſſumus.

itio Gregoriana retinet gloſſam: ſed pro margine, ſequen verba ſubſtituit. Nec venialia, nec mortalia poſſus confiteri ſacramentaliter, niſi Sacerdoti. Vide B. om. 4. diſt. 17. q.3.art.4.q. 1.2. & 3.

XIX.

Ibidem gloſ. ver. Criminale, id eſt, cuius aſſiduitas & contemtus vitandi veniale, non fiat mortale. Nõ enim videtur, quod id, quod eſt veniale, poſſit fieri mortale. quia ſecundum opinionem iſtorum nihil poteſt ſpeciem permutare: niſi velis dicere, quod veniale & mortale non ſint ſpecies peccati, ſed accidentia. Vnde ſicut mortale fit veniale, recepta pœnitentia: de pœn. diſt. 1. ſerpens. Sic è conuerſo fit veniale mortale. Alii dicunt, quod tantum ipſe contemtus venialium eſt mortale peccatum: ſecundum hoc expone, fit mortale, id eſt, tibi per contemtum, fit mortale, ſicut ibi exponitur, accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. 1. q. 1. detrahe. *Deleatur tota hæc gloſ. vſque ad hæc verba. Alias ea demum excluſiuè.*

Editio Gregoriana gloſſam totam exhibet: ſed ad verb. contemtus vitandi veniale, hanc addit marginem, Vide B. Thom. 1. 2. q. 88. art. 4. & 5. & q. 74. art. 8. ad 2. *Et ad verb. Accedit verbum, &c.* Inepta ſimilitudo.

XX.

Diſt. 26. c. 2. Acutius. gloſ. ver. Significat. ait: Et ita ipſe Epiſcopus eſt ſacramentum, ſicut aqua ipſa. *Deleantur omnia hæc verba. Editio Gregoriana, retentis hiſce verbis hanc addit marginem.* Neque Epiſcopus, neque Aqua, propriè eſt ſacramentum. Vide Turrecrematam hîc.

XXI.

Diſt. 32. c. 3. De illo gloſ. ver. eod. in fine, vbi ait: Ego credo quod poſſit Papa diſpenſare: cum hoc non ſit contra articulos fidei, & ipſe habeat plenitudinem poteſtatis. *Deleantur omnia verba hæc.*

Editio Gregoriana, hæc quoque retinet: ſed in margine addit, Vide B. Thom. 2. 2. q. 88. art. 7. & 11. & Caietanum ibidem. *Quæritur autem eo loci, vtrum Papa poſſit diſpenſare contra votum?*

Diſt.

XXII.

Diſt.ead.c.6.Ad hoc verò.par.Porro.gloſ.ver.ſed agentibus ubi ait: Secunda(differentia inter hos duos, ſc. Simoniacum & fornicatorem, & inter illos duos, ſcilicet hæreticum &ſchiſmaticum)eſt,quod iſti conferunt ſacramentum & effectum ſacramenti, illi tantum ſacramentum. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet: ſed in margine addit. Niſi in caſu neceſſitatis:quia qui à præciſo accipit ſacramentum, extra caſum neceſſitatis peccat: non item qui à malo. B. Thom. p.3.q.64. art.6. ad 2. & art. 9. ad 2. & q. 7. art. 5.

XXIII.

Diſt.40.c.1.gl. ver. Quis enim. vbi ait: Vnde ſacrilegii inſtar eſſet, diſputare de facto ſuo(i.e. Papæ) vt 17. q. 4. §. Qui autem *E regione iſtorum verborum eſt margo, quæ inquit*, iſta fuit ſententia Laurentii dicentis quod qui de his præſumit, vel dubitat, peccat venialiter, qui de Papa mortaliter. arg. huius parag. hîc allega. qui autem *Deleatur tota marg.*

Editio Gregoriana totam marginem retinet nec quicquam annotat.

XXIV.

Diſt. 50.c. 14. Et purgabit. gloſ. ver. Domo, id eſt, ſacerdotibus. Omnia enim mala à Sacerdotibus proceſſerunt, 24. quæſt.3. Transferunt. *Deleantur hæc verba vnà cum marg. quæ ait.* Omnia mala à Sacerdotibus, *&c. Editio Gregoriana, exploſa hac margine retinet gloſſam, aliamque addit marginem.* Vide gloſſam in capite iſto allegato. *Caput autem allegatum ex D. Hieronymo in cap. nonum Oſeæ ſic habet*, Veteres ſcrutans hiſtorias inuenire non poſſum ſcidiſſe Eccleſiam, & de domo Domini populos ſeduxiſſe, præter eos qui ſacerdotes à Deo poſiti fuerunt, & Prophetæ, id eſt, ſpeculatores. Iſti ergo verſi ſunt in laqueum torticoſum, in omnibus locis ponentes ſcandalum. *Gloſſa verò eiusdem capituli*, Nota illud, Quis vidit dignè ſacerdotem pœnitentem?

vt de pœn. diſt.1. menſuram. &c. quis aliquando. *Huius ipſius verò c. Quis aliquando*, 87. *gloſſ. ſic habet ad verbum*, Et ita habes ex hoc ea. quod Clerici deteriores ſunt Laicis 8. q. 1. qualis: ſic & Monachi deficientes, omnibus ſunt deteriores 47. diſt. quantumlibet & ſup. 24. q. 3. transferunt. vnde etiam dicitur, A ſanctuario meo incipite, vt ſup. 50. diſt. & purgabit. Et hoc deſtruit Eccleſiam vehementer: vt 8. q. 1. qualis.

XXV.

Diſt. 82. c. 2. Propoſuiſti gloſ. ver. Diaconii. ait: Ideò non dicitur de ſubdiaconis: quia non erat tunc ſacer ordo: non tamen poterant contrahere. 32. diſt. *Si qui. Deleantur omnia hæc verba.*
Editio Gregoriana, verba hæc retinens, in margine addit, Vide, ſ. diſt. 21. in princ. in gloſ. verb. ſubdiaconos.

XXVI.

Diſt. 84. c. 3. Cum in præterito. gloſ. ver. Qui Sacramentis, vbi ait: Nam dicunt, quod iſta cap. facta fuerunt ante tempus Gregorii, qui introduxit continentiam miniſtris. 31. diſt. ante triennium. id eſt, ſubdiaconis: prebyteris verò & diaconis Syricius introduxit. immò dicunt, quod Sacerdotes poterant contrahere ante Syricium: vnde & Moſes contraxit. Exponunt ergo: Apoſtoli docuerunt exemplo & opere, & admonitione ſecundum Hug. non inſtitutione vel conſtitutione, ſecundum alios. *Deleatur vſque in fin. gloſ. ad ver.: Antiquitas. excluſiue. Deleatur etiam margo ibi è regione poſita. quæ ait:* ſacerdotes olim contrahere poterant.
Editio Gregoriana remota margine, retinet gloſſam, & annot. Vide notata ſupr. diſt.

XXVII.

31. in verb. Gra. in prin.
Diſt. 95. c. 2. Presbyteros gl. ver. Sanctificato. vbi ait in fin. Alii dicunt, quod poteſt iterari: quia cum quis ſecundo infirmatur, deſinit in eo eſſe illud ſacramentum,

quod

quod prius accepit. *Deleantur hac omnia verba. In editione Gregoriana retinentur. hac tamen adiecta margine.* Vide S. Thom. 4. diſt. 23. art. 3.

XXVIII.

Diſt. ead. c. 3. Illud. gloſ. ver. Chriſma. *vbi ait*: Quia autem vnus Epiſcopus eſt maior, hoc fuit de conſuetudine, & hoc probat per octo cap. *Deleantur omnia hac verba. Editio Gregoriana verbis hiſce retentis, hanc adiicit marginem.* Vide notata ſup. diſt. 93. c. legimus in gl. ad ver. poſtea.

XXIX.

Cauſa 1. q. 1. Quod autem gloſ. ad ver. Spiritualia. vbi ait: Quandoque dicitur dignitas ordinis, & omne ſacramentum Eccleſiaſticum, præter matrimonium. *Deleantur illa duo verba* præter matrimonium.
Editio Gregoriana verba ipſa retinet: ſed hanc addit marginem. Vide ſup. diſt. 23. c. his igitur in ver. pro beneficiis & Turrecr. infr. ſuper c. 1. ad 3.

XXX.

Ibidem infr. in ead. gloſ. ſunt dua margines, quarum prima dicit, Res ſacræ poſſunt vendi. *Alia ait*: Pecunia pro ſpiritualibus interuenire non debet, niſi in quinque caſibus. *Deleantur.*
Editio Gregoriana vtramque marginem retinet: ſed priorem corrigit, interiecta particula, Quandoque.

XXXI.

Ead. c. 23. Iudices gloſ. verſ. In ſumtum. vbi ait: Et ita presbyter, ſi pauper eſt, accipere poteſt pro celebratione Miſſæ, *&c. & margo è regione poſita, qua ait.* Presbyter pauper pro celebratione accipere poteſt. *Deleatur.*
Editio Gregoriana, & verba gloſſa, & marginem retinet: accipere poteſt pro celebratione Miſſæ, *exponit; id eſt*, poteſt locare operas ſuas.

XXXII.

Ibid. c.34. Sicut ficti.gloſ. ver.eod.habet in margine, Baptiſmus fictè accedenti dandus eſt.*Deleatur.*

In editione Gregoriana, loco marginis deleta, hæc leguntur verba, Vide S.Thom. 3.p.q.68.art.3.in c.& art.4.ad 2.& 3. & art.8.& q.69. art.q.& 10.

XXXIII.

Ibidem c.39. Remiſſionem.gloſ. ver. Neceſſitatis: vbi ait in f. Videtur etiam, quod Baptiſmus non ſit neceſſitatis ſacramentum.arg.de conſecr.diſt.4.c.Baptiſmi vicem. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet: ſed in margine addit, Non eſt ſemper neceſſitatis, Baptiſmus fluminis: nam eius vicem interdum ſupplet baptiſmus ſanguinis & flaminis B.Thom.3.part.quæſt.68.art.2.

XXXIV.

Ibidem c.73. Manus gloſ. ver. Impoſitio. vbi ait: In pœnitentibus, ſi eſt publica (ſc. pœnitentia, vel impoſitio manuum) eſt ſacramentum: & ideò non iteratur. *Deleantur hæc verba*, Eſt ſacramentum: & ideò): *ita vt dicat*, In pœnitentibus, ſi eſt publica, non iteratur, *&c.*

Editio Gregoriana in verbis gloſſæ nihil mutat: ſed in margine hanc apponit annotationem. Non quia publica ſit ſacramentum, priuata non ſit, ideo illa non iteratur, hæc iteratur: ſed ob eas vide, quæ afferuntur c. quamuis. de pœn. diſt.3. Vide etiam Turrecrem.Ibidem.

XXXV.

Ibidem c. 96. Quod quidam gl. ver. Homini. vbi ait: Arg. quod ſententia hæretici valeat, & ligatio & ſolutio, cum ius ligandi iudicandi atque ſoluendi à tempore conſecrationis acceperit.ſup. diſt.48.c.1. *Deleantur hæc verba, vnà cum è regione poſita, quæ ait, Hæreticus ligare & ſoluere poteſt.*

Editio Gregoriana, retentis gloſſæ verbis loco marginis ſublata hæc annotat. ſequentia. Hæretici non poſſunt ligare & ſoluere: & ſi fecerint, actum eſt nihil: quia iuriſdi-

ctionem

ctionem non habent, B. Thom. 2.2. q.39. art. 3. 4. diſt. 19. q.1. art. 2. q.3.

XXXVI.

Ibidem c.100. Quicquid inuiſibilis gloſ. ver. Conſolatione, ait. Nota coniugium non eſſe de his ſacramentis, quæ conſolationem cæleſtis gratiæ tribuunt & ideò in ipſo poſſe precium interuenire 32. q. 2. honorantur. Cætera ita ſacræ rei tenent ſignificationem, vt eius pariter habeant virtutem: iſtud ſolam ſignificationem. Cætera verba, ſed iſtud ex conſenſu perficitur. Cætera à iure Canonum initium habuerant: hoc à iure naturali initium habuit extra de bigam. debitum. Illa autem non eſt ratio ſufficiens, quod pecunia interueniat, quia in eo non confertur gratia. *Deleatur etiam margo è regione poſita, quæ ait:* Precium in coniugio interuenire poteſt. *In Editione Gregoriana ſublata eſt margo, verbis gloſſæ recentis: & adiecta eſt alia margo,* Immò quatenus ſacramentum tribuit gratiam, vt decernit concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 1. & ideò dare pecuniam pro eo, vt eſt ſacramentum, illicitum eſt: licitum autem, quatenus eſt naturæ officium. B. Thom. 1. 2.1. q. 100. ar. 2. ad 6.

XXXVII.

Ibidem q. 3. c. 15. Si quis præbendas in gloſ. verb. Et conſecratio, eſt margo, quæ ait: Conſecratio altaris eſt ſacramentum, *Deleatur.*

Editio Gregoriana marginem hanc ſic effert. Conſecratio altaris eſt ſacramentum largè ſumtum. *Sic & ipſa gloſſa loquitur.* Sed numquid conſecratio altaris eſt ſacramentum? Sic, largè ſumtum, cum ſit ſacræ rei ſignum: hîc & extra de ſimo. cum ſit Romana. art. 24. q. 1. pag. ſed illud.

XXXVIII.

q. 4. c. 19. Monomachiam gloſ. ver. eod. vbi ait. Dicunt quidam, quod defendens poteſt ſumere (Euchariſtiam) quia cuilibet licitum eſt defendere ſe. *Deleantur hæc verba.*

Google

Editio Gregoriana, verbis gloſſæ retentis hanc apponit marginem. Immo & iſte peccat: quoniam omiſſa legitima ſe defendendi ratione, ad prohibitam ſe confert. conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 19.

XXXIX.

Ibidem q. c. 2. Præſul. gloſ. ver. eod. ait: Præſul. id eſt, Cardinalis epiſcopus. Sed nunquid contra Papam duplicabuntur teſtes? Non, imo duo ſufficiunt. & in hoc eſt deterioris conditionis: quia ipſe ſine comparatione aliorum creatus eſt maior: ideò ſine ſpe veniæ condemnandus eſt, vt Diabolus. de pœn. diſt. 2. principium. *Deleatur tota hæc gloſſa, vſque ad ver. Teſtes excluſiuè. Deleatur etiam margo ibi è regione poſita, quæ ait:* Teſtes duo contra Papam ſufficiunt.

Editio Gregoriana verba gloſſæ retinet: ſed remittit annotationem ad hoc caput, quæ ſic habet. Mirandum eſt de auctore gloſſæ, qui putauit Pontificem maximum minore numero teſtium poſſe condemnari quam Diaconum Cardinalem, atque oſtiarium? cum tamen ipſe Pontifex à generali ſaltem Præſulis nomine minimè eſſet excludendus.

XXXX.

13. q. 2. c. 23. Tempus. gloſ. ver. Pro baptizatis. ait: Tantum proſunt orationes cuilibet, ſi fiunt generaliter pro omnibus: ſicut ſi fierent ſpecialiter pro quolibet, vt infr. de conſecr. diſtin. 5. c. Non mediocriter. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana verba gloſſæ retinet: ſed in margine addit, Hoc cæteris paribus non eſt verum. Vide S. Thomam qu. 2. art. 14.

XLI.

Ibidem gloſ. ver. Pro valde. vbi ait, Mediocriter malis proſunt ad hoc vt minus puniantur, nunquam tamen liberabuntur: & ſecundum hoc etiam patet, quod oratione ſpeciali oramus pro illis, qui ceſſerunt in mortali dummodo non ſint ſummè mali. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio

Editio Gregoriana gloſſam totam exhibet: hac tamen appoſita margine, Vide S. Tho.4. diſt. 45.2. q.art.2.

XLII.

15.*q.1.in princ. Quod autem gloſ. ver. eo vbi fere in fine ait:* Vna(ſc. infirmitas carnis)eſt fomes peccati, id eſt, originale peccatum. *deleantur illa verba,* id eſt, originale peccatum. *Editio Gregoriana verbis gloſſæ retentis, hanc addit correctionem in margine,* Fomes non eſt propriè originale peccatum. Concil. Trident. ſeſſ.5 in extremo quinto anathematiſmo.

XLIII.

Ibidem c.8. Si concupiſcentia. gl. ver. Habitat. ait. Non enim tollitur penitus originale in baptiſmo, quo ad ſui eſſentiam: ſed eius effectum mitigat baptiſmus, ne per illud damnemur, vt inf. de conſe. diſt. 4.c.2. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana de gloſſa verbis nihil demit: in margine autem addit, Immò tollitur totum illud, quod veram & propriam peccati rationem habet. concil. Trident. ſeſſ.5. in vlt.anathematiſmo. XCII.

XLIIII.

Ibidem q.3.c.5. Sane gloſ. ver. Ad inſtar. vbi ait. Item Simonia eſt minus crimen, quam hæreſis, vt 1.q.1.eos, immò eſt minus crimen, quam aliquod aliud crimen. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana verba gloſſæ integra exhibet: in margine autem annotat. Quomodo Simonia interdum dicatur grauius crimen: vide ſup. 1. q.vlt.c.patet.in gloſ. in ver. reputantur. Nam proprie loquendo hæreſis eſt malus crimen, quam ſimonia.

XLV.

18. *q. 2. c. 5. Quam ſit. gl. ver. Ad ordinandum vbi ait* (Sed quid, ſi Monachus ſit factus Papa, inuito Abbate: debet ne redire.) Sic & ipſemet compellet ſe redire: quia cum teneatur de aliis iuſtitiam facere, multò fortius de ſe ipſo. ff. ſi ſerui vendic. l. altius. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana non modo verba gloſſa, ſed & marginem appoſitam retinet, Monachus factus Papa ſine licentia Abbatis redire debet.

XLVI.

12.q.2.c.14. Ne quis gloſ. ver. Non occiditur. vbi ait: Videtur ergo, quod perfectus homo mortaliter peccat mētiendo pro vita alterius: & ſic erit deterioris conditionis perfectus, quàm imperfectus. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet: ſed in margine addit, Perfectio hominis non facit peccatum ex veniali euadere mortale.

XLVII.

23.q.5.art.5. Quid ergo gloſ. ver. leuis. vbi ait: Ecce quod leuem culpam dicit, maledicere Deo: (cùm magis ſit maledicere Deo, quàm principi. ſic c. ſi quis Imper. male. l. vnica) *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana retinet verba gloſſa: ſed contra gloſſam, D. Hieronymum excuſat his verbis, B. Hieronymus non videtur putaſſe illum maledixiſſe Deo, ſed Iſraëliticis, ac res apud interpretes dubia eſt. *Sed contra gloſſa proximè antecedens verb. Iſraeliticis; interpretatur*, id eſt, Deo Iſraëlitarum.

XLVIII.

26.q.6.c.7. Qui recedunt. gloſ. ver. Amentibus. vbi ait: (Si quis fuerit amens à natiuitate, talis poteſt baptizari) & corpus Chriſti in neceſſitate recipere. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana ea retinet: ſed in margine contrarium aſſerit his verbis, Amentibus à natiuitate non eſt dandum corpus Chriſti: ſed benè in mortis articulo iis, in quibus, cum erant compotes ſuæ mentis apparuit deuotio huius ſacramenti. Vide B. Thom. 6. 3. q. 80. art. q.

XLIX.

XLIX.

27.q.1.c.23. *Diaconiſſam gloſ. ver. Ordinari. vbi ait:* Alii dicunt, quod ſi monialis ordinetur, benè recipit characterem: quia ordinari facti eſt. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana verbis hiſce retentis, hanc apponit marginem. Alii dicunt: & malè. Vide B. Thom. 4. diſt. 25. q. 2. art. 1. & 2.

L.

Ibidem. c. 41. Nuptiarum gloſ. ver. In quibuſdam. vbi ait: Quia non poteſt cōtrahi matrimoniū, niſi ibi ſint tria bona matrimonii, vel re, vel ſpe (parag. ea q. 2.) *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana, nec delet: nec aliquid annotat.

LI.

Ibidem c. eod. gloſ. ver. Suſceptio in fin. vbi ait: (Votum in ſui natura conſideratum non impedit matrimonium) conſcripta omni ſolennitate: ſed Eccleſia potius vel poſt inuenit huiuſmodi ſolennitates, & conſtituit vt impedirent. Numquid ergo Monachi, antequam Eccleſia inſtitueret, poterant contrahere? Dic, quod tunc monachi non erant, (cum monachus eſſe non poſſit, quin aliqua ſolennitas obſeruetur) ſed poſito, quod fuerint, poterant contrahere. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana verba ipſa gloſſæ retinet: ſed in margine addit, Non propriè monachi, ſed qui votum non emittentes, inſtitutionis tantum cauſa monachis ſe adiungebant.

LII.

Ibidem c. 43. Si quis votum. gloſ. ver. Si quis, in fin. vbi ait: Quia votum de ſui natura non obligat, ſed conſtitutio Eccleſia votum emiſſa. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet: & tamen contrarium in margine affirmat his verbis, Immò obligat: licet votum ſimplex non dirimat contractum. Vide B. Thom. ſent. 4. diſt. 38. q. 1. arg. 3. q. 2. & 3.

Editio Gregoriana non modò verba gloſſæ, ſed & marginem appoſitam retinet, Monachus factus Papa ſine licentia Abbatis redire debet.

XLVI.

12.q.2.c.14. Ne quis gloſ. ver. Non occiditur. vbi ait: Videtur ergo, quod perfectus homo mortaliter peccat mētiendo pro vita alterius: & ſic erit deterioris conditionis perfectus, quàm imperfectus. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet: ſed in margine addit, Perfectio hominis non facit peccatum ex veniali euadere mortale.

XLVII.

23.q.5.art.5. Quid ergo gloſ. ver. leuis. vbi ait: Ecce quod leuem culpam dicit, maledicere Deo: (cùm magis ſit maledicere Deo, quàm principi. ſic c. ſi quis Imper. malè. l. vnica) *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana retinet verba gloſſæ: ſed contra gloſſam, D. Hieronymum excuſat his verbis, B. Hieronymus non videtur putaſſe illum maledixiſſe Deo, ſed Iſraëliticis, ac res apud interpretes dubia eſt. *Sed contra gloſſa proximè antecedens verb. Iſraëliticis; interpretatur*, id eſt, Deo Iſraëlitarum.

XLVIII.

26.q.6.c.7. Qui recedunt. gloſ. ver. Amentibus. vbi ait: (Si quis fuerit amens à natiuitate, talis poteſt baptizari) & corpus Chriſti in neceſſitate recipere. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana ea retinet: ſed in margine contrarium aſſerit his verbis, Amentibus à natiuitate non eſt dandum corpus Chriſti: ſed benè in mortis articulo iis, in quibus, cùm erant compotes ſuæ mentis apparuit deuotio huius ſacramenti. Vide B. Thom. 6. 3. q. 80. art. 9.

XLIX.

XLIX.

27.q.1.c.25. Diaconiſſam gloſ. ver. Ordinari. vbi ait: Alii dicunt, quod ſi monialis ordinetur, benè recipit characterem: quia ordinari facti eſt. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana verbis hiſce retentis, hanc apponit marginem. Alii dicunt: & malè. Vide B. Thom.4.diſt.25.q.2.art.1.& 2.

L.

Ibidem. c. 41. Nuptiarum gloſ. ver. In quibuſdam. vbi ait: Quia non poteſt cōtrahi matrimoniū, niſi ibi ſint tria bona matrimonii, vel re, vel ſpe (parag. ea q.2.) *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana, nec delet: nec aliquid annotat.

LI.

bidem c. eod. gloſ. ver. Suſceptio in fin. vbi ait: (Votum i[n] ui natura conſideratum non impedit matrimonium) onſcripta omni ſolennitate: ſed Eccleſia potius vel oſt inuenit huiuſmodi ſolennitates, & conſtituit vt npedirent. Numquid ergo Monachi, antequam Eccleſia inſtitueret, poterant contrahere? Dic, quod anc monachi non erant, (cum monachus eſſe non oſſit, quin aliqua ſolennitas obſeruetur) ſed poſito, uod fuerint, poterant contrahere. *Deleantur hæc ver-*

itio Gregoriana verba ipſa gloſſæ retinet: ſed in margine dit, Non propriè monachi, ſed qui votum non emittentes, inſtitutionis tantum cauſa monachis ſe adiungebant.

LII.

dem c.43. Si quis votum. gloſ. ver. Si quis, in fin. vbi ait: iavotum de ſui natura non obligat, ſed conſtitutio a votum emiſſa. *Deleantur hæc verba.*

tio Gregoriana non delet: & tamen contrarium in mar- affirmat his verbis, Immò obligat: licet votum ſim- non dirimat contractum. Vide B. Thom. ſent. 4. 38. q.1. arg.3. q.2. & 3.

LIII.

Ibidem q.2.c. Sufficiat ſolus gloſ. ver. virginalis. vbi ait: Sic ergo patet, quod Maria non vouerat continentiam (ſed propoſuerat vouere & virginitatem conſeruare, niſi Deus aliter reuelaret, vel lex prohiberet, vel parentes cogerent, & inde eſt, quòd licitè potuit contrahere matrimonium Deo reuelante, ſi vouerat etiam ſolenniter: quia votum fuit ſub conditione: immò quantumcunque abſolutum ſit votum, ſemper intelligitur excepta auctoritas maioris, vt extra. de iure iurando. venientes) *Deleantur omnia hæc verba, vnâ cum margine, quæ ait: Maria continentiam non vouerat.*

Editio Gregoriana verba gloſſæ non mutat ſed marginem ſic corrigit, Maria non vouerat abſolutè.

LIIII.

§ 1. 4. 1. c. 9. Quomodo virginibus gl. ver. per ſe è regione habet marginem, quæ ait: Matrimonium non ducit ad vitam. *Deleatur.*

Editio Gregoriana marginem quidem hanc tollit: ſed verba gloſſæ, quæ ſunt, Matrimonium propter ſe non appetitur: quia non ducit ad vitam, *aliam adiicit*, id eſt, non primo ordinatur ad vitam dandam.

LV.

32. q. 2. c. 13. Honorantur gloſ. ver. eod. vbi ait: Quia in hoc ſacramento (matrimonii) non confertur gratia ſpiritus ſancti, ſicut in aliis, *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana verbis hiſce; quæ tamen retinet; ita contradicit in margine, Immò confertur. Vide ſup. diſt. 23. c. his igitur in ver. pro beneficiis.

LVI.

Ibidem infr. gl. ver. Deſponſata. vbi ait, Quia ibi (in matrimonio) non confertur gratia. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet: ſed ad ſuperiorem proximam annotationem remittit, Vide ſup. hoc eod. c. in ver. honorantur.

DE POENITENTIA.

LVII.

De Pœnitentia diſt. 1. in princ. Vtrum gloſ. ver. eod. vbi ait: Sed quicquid dicat Baz. dic, quod nec cordis contritione, nec oris confeſſione, peccata dimittuntur ſed tantum gratia Dei, *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana hæc ipſa verba retinet: in margine autem ſic annotat. vel potius peruertit, quod in gloſſa bene fuerat dictum. Id eſt, ſolus Deus peccata dimittit: ſed per meritum Chriſti, & miniſterium ſacerdotis: atque in pœnitente requirit contritionem, (aut ſaltem attritionem, quæ deinde virtute clauium fit contritio) confeſſionem & ſatisfactionem. Dum autē dimittit peccata, ſimul etiam infundit gratiam & iuſtitiam, qua formaliter fit iuſtus. Concil. Trident. ſeſſ. 6. per totam, quare contritio & ſatisfactio, ſicut & confeſſio non tantum ſunt ſigna, ſed etiam partes huius ſacramenti pœnitentiæ. Vide omninò S. Thom. 4. diſt. 17. q. 2. art. 5. 1. & q. 3. art. & 3. 2. & 3. p. q. 9. art.

LVIII.

Ibidem infr. gloſ. ver. Sunt, vbi ait: Auctoritates, quæ dicunt, ſine confeſſione & operis ſatisfactione peccatum non dimitti intelligantur de interiori confeſſione: quæ eſt recognitio peccati, vel propoſitum confitendi, vel gratia, qua ſic homo diſponitur vt recognoſcat peccatum ſuum, & velit confiteri ſi locus & tempus affuerit, & de deteriori ſatisfactione, quæ eſt interior dolor & amaritudo animæ: de qua habes inf. diſt. 3. ſatisfactio, & infra ead. §. his auctoritatibus, *Deleatur vsque ad hæc verba, Hic autem agitur de exteriori. excluſiuè.*

Editio Gregoriana omnia hæc verba retinet; in margine autem addit, Immò intelligitur propriè de confeſſione etiam exteriori, itemque ſatisfactione; quamuis interdum Deus largiatur gratiam ſuam ante iſta dummodò adſit propoſitum confitendi & ſatisfaciendi 5. S. Thom. 4. d. 17. q. 3. ad primum.

LIX.

Ibidem cap. 5. Magna gloſ. ver. Dimiſerit. *vbi ait:* Remiſſio peccatorum præcedit cordis contritionem. Non enim poteſt quiſquam verè confiteri, niſi habeat prius fidem per dilectionem operantem. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana verbis hiſce retentis, duas apponit correctiones in margine. priorem ad ver. Præcedit. Immò remiſſio eſt effectus contritionis S. Thom. 4. diſt. 17. art. 5. q. 1. *poſteriorem ad verb.* confiteri. Etiam cum ſola attritione verè quis & vtiliter confitetur. *Cumque in eadem gloſſa ſub finem dicatur,* Præcedit ergo gratia, ſequitur dilectio: *editio Gregoriana hãc addit marginem,* Quomodo iſta ſe viciſſim in diuerſo genere cauſæ: & præcedant & ſequantur, Vide S. Thom. 1. 2. q. 11. art. 8. & Scotum de natura & gratia l. 2. à cap. 12. vſque in finem.

LX.

Ibidem infr. gl. ver. Reputatur vbi ait: Item fallit (quod votum pro opere reputetur) in malis. *Deleantur hæc verba. & Additio in marg. quæ ait:* Id eſt, in malis, vbi ſola voluntas non punitur, *&c deleatur tota.*

Editione Gregoriana additione iſta marginali caret: verba tamen gloſſæ retinet, & in margine annotat. Idem iudicium in bonis & ad meritum, & in malis ad demeritum: Vide ſeq. q. c. in gl. verſ. ſi quis.

LXI.

Ibidem c. 23. Periculoſè. gl. ver. Si pœnitentia. vbi ait: Sed numquid dices irregularem Clericum, qui homicidium voluit facere, nec fecit, quia non potuit, irregularis eſt tanquam de homicidio, licet non ſit homicida? *in marg. è regione eſt,* Clericus ſola voluntate poteſt effici irregularis. *Deleatur illa margo.*

Editio Gregoriana marginem hanc delet: & pro ea ſic annotat. Ex ſolo actu interiori non incurritur irregularitas: nam hoc ſequitur factum. S. Thom. 1. 2. q. 20. art. 5. ad 4.

Ibidem

LXII

Ibidem c.30. Si cui etiam, gloſſ. ver. Voluntas, ubi ait: Illud autem nota, quod peccata, quæ ſola voluntate contrahuntur, ſola voluntate dimittuntur, *eſt margo è regione, quæ ait*: Peccata, quæ ſola voluntate contrahuntur, ſola voluntate tolluntur, *Deleatur margo.*
In editione Gregoriana deleta eſt margo: ſed nihilominus extant verba gloſſæ.

LXIII

Ibidem c.37. Omnis gloſſ. ver. Alii è contrario teſtantur, ubi ait: Quod ſcilicet adulto peccatum non dimittitur ſine oris confeſſione, quod tamen falſum eſt, *Deleantur hæc verba tantum*: quod tamen falſum eſt.

LXIV

Ibidem infr. gloſ. ver. Iuſtificeris: vbi ait: (Vt iuſtificeris, quo ad alios) non quo ad Deum, apud quem iuſtificatus es. *Deleantur omnia hæc verba.*
Editio Gregoriana ea quidem non delet, ſed improbat hac margine, Immò Gratianus hoc inducit, vt oſtendat neque apud Deum iuſtificari ſine oris confeſſione.

LXV.

Infr. c.81. Tres. gloſ. ver. Collecta, vbi ait: Perinde ergo iudicandum eſt de pluribus minutis, vt de vno grandi & graui peccato cui minora coaceruata æquantur. *Deleantur omnia hæc verba.*
Editio Gregoriana, licet non deleat, tamen cur delenda videantur, his verbis annotat. in margine. Quomodo impropriè tantum multa venialia peccata conſtituant vnum mortale peccatum. S. Thomam 1. 2. q. 88. ar. 4. in corp.

LXVI.

Ibidem infr. gloſ. ver. Et opprimment. vbi ait. Illa multa venialia, id eſt, contemtus eorum & vilipenſio; quod quidem peccatum eſt mortale, vel ipſum peccatum veniale eſt mortale, dum placet, vt 25. diſt. parag. nūc autem,

ver. hinc etiam. Alias enim ipſa venialia in Purgatorio conſumentur, & ſalui erimus quaſi per ignem 25. diſt. qualis. *Deleatur vſq; in fin. huius gloſ. ad ver. Propter hæc ieiunia. excluſiue.*

LXVII.

Diſt. 3. c. 20. De quotidianis breuioribus vbi ait: Ratione těporis vocat breuia: nam ſi durant, tranſeunt in mortalia. *Deleantur hæc verba, vna cum margine è regione, quæ ait: id eſt,* Aſſiduitas faciendi venialia eſt mortale.
Editio Gregoriana marginem hanc delet: & aliam ſupponit his verbis, Tranſeunt in mortalia, Quæ ſuo genere mortalia ſunt, ſed fiunt venialia ob imperfectionem actus: ea, ſi temporis mora & deliberatio accedat, redeunt ad naturam proprii generis, & ſunt mortalia.

LXVIII.

Ibidem c. 21. Nihil prodeſt. gl. ver. eod. vbi ait: Prodeſt tamen ad minus ſupplicium ſubeundem. *Deleantur hæc verba.*
Editio Gregoriana verba gloſſæ retinet: nec aliquid annotat in margine. Verba cap. ſunt ex epiſtola prima Papæ *Pii.* Nihil prodeſt homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona: niſi mens ab iniquitate reuocetur.

LXIX,

Ibidem c. 25. Ille rex. gloſ. ver. Deletur. vbi ait: Si quidem in Baptiſmo deletur originale, ne obſit: non, vt non ſit.
Deleantur hæc verba tantum, Non vt non ſit.
Editio Gregoriana in gloſſa nihil mutat: in margine tamen annotat. Vide notata ſup. 15. q. 1. ſi concupiſcentia.

LXX.

Diſt. 5. in princ. In pœnitentia. gl. ver. eod. fere in medio, vbi ait: Sed melius dicitur eam inſtitutam fuiſſe à quadam vniuerſalis Eccleſiæ traditione, potius quam ex noui vel veteris Teſtamenti authoritate Et traditio Eccleſię obligatoria eſt, vt præceptum. arg. 11. diſt. in his rebus. Ergo neceſſaria eſt confeſſio in mortalibus apud nos apud Græcos non: quia non emanauit apud illos traditio

ditio talis: ſicut nec conficiunt in azymis, ſed in fermentatis. ſup. ead, diſt. 1. cap. ſi illud ergo Iacobi, Confitemini alterutrum peccata veſtra, fuit conſilii primò: alioquin ligaret & Græcos, non obſtante eorum conſuetudine. *Deleatur vſq; ad hæc verba, Eſt autem facienda taliter, quod non ſolum, &c. excluſiue.*

Editio Gregoriana gloſſam totam retinet: ſed ei hac noua margine obloquitur. Immo confeſſio eſt inſtituta à Domino, & eſt omnibus poſt baptiſmum lapſis in mortale peccatum, tam Græcis quàm Latinis, iure diuino neceſſaria. Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5.

DE CONSECRATIONE.

LXXI.

Diſt. 2. in princ. In Sacramentorum gloſ. ver. Quia vtrunq; vbi ait. Vnde vinum in ſanguinem conuertitur, & aqua in alios humores. *Deleantur illa verba* (& aqua in alios humores.)

Editio Gregoriana nihil delet: ſed in margine annotat, Immo aqua in vinum, & totum vinum in ſanguinem.

LXXII.

Diſt. ea. c. 1. Sicut in ſacrificando gloſ. ver. calix, vbi ait. Item dicunt aquam eſſe admiſcendam in calice, de honeſtate tantum. *Deleantur illa verba* (de honeſtate tantum.)

Editio Gregoriana non delet: ſed contradicit in margine. Admiſcetur de præcepto Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 7.

LXXIII.

Ibidem infra, vbi ait: Item de aceto conficitur, ſi ex vino factum fuit: alias non: quia prope eadem ſ[illegible] eſt. *Deleantur omnia hæc verba, vna cum margine è regione poſita, quæ ait:* Conficitur ex aceto.

Editio Gregoriana verba gloſſæ, quæ retinet, ſic corrigit in margine. Non de aceto propriè, ſed de vino aceſcenti: licet peccat, qui ex tali conficit S. Thomam p. 3. q. 74. art 5. ad 2.

LXXIV.

Diſt.ead.c.3. Non oportet gloſ. ver. eo. vbi ait: Alii dicunt, quod non: ſed vinum in ſanguinem & aqua in aquam, id eſt, vitalem humorem aquaticum. *Deleantur illa verba,* (& aqua in aquam, id eſt vitalem humorem aquaticum.

Editio Gregoriana in gloſ. nihil delet; ad marginem vero annotat. Aqua vertitur in Vinum, & vinum in ſanguinem. S. Thom. ex Innocentio III. pag.3. q.74. art.8. in corp.

LXXV.

Ibidem infra, vbi ait: quia vinum in ſanguinem, & aqua in aquam, & panis in corpus conuertitur. *Deleantur illa verba,* (& aqua in aquam.)

Editio Gregoriana nec delet aliquid, nec in margine annotat.

LXXVI.

Diſt.ead.cap.4. In ſacramento. gloſ. ver. Et frumentis: vbi ait, Quare non ita reliquum conuertitur, ſi fermentum addatur? quia ibi nihil eſt azymi, cuius poſſit fieri conſecratio: & ideo nihil conuertitur. *Deleantur omnia hæc verba.*

In editione Gregoriana non quidem delentur: ſed tamen hæc obelo configuntur in margine, Immo etiam in fermentato conficitur. Peccaret tamen presbyter in Eccleſia Latina, conficiens de pane fermentato. B. Thom. p. 3. q. 74. art. 4. in corp.

LXXVII.

Diſt.ead.c.22. Tribus gradibus gloſ. ver. Miſcere. vbi ait: Certum eſt, quod ſpecies quàm cito dentibus teruntur, tam cito in cœlum rapitur corpus Chriſti. *Deleantur omnia hæc verba.*

Non delentur in editione Gregoriana: ſed margo eis contraria apponitur: Manet corpus Chriſti, quam diu ſpecies manent, quæ deſcendunt in ſtomachum, & nutriunt. S. Thom. part.3. q.77. ar. 4.5. & 6. ſup. corp. nec proprie rapitur in cœlum, vnde nunquam diſcedit, eſt enim immobiliter in hoc ſacramento. S. Thomas q.7. art. 6. in corp.

LXXVIII.

LXXVIII.

Diſt.ead.c.Timorem gloſ.ver. Corpus vbi ait: Ideò ſacerdos ea non profert ſignificatiue: quia non poſſet ea vere proferre. Mentiretur enim, ſi diceret, Hoc eſt corpus meum. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana nullum horum verborum delet: ſed verbum Significatiue, *interpretatur*, id eſt, non ex perſona ſua, ſed ex perſona Chriſti.

LXXIX.

Ibidem infra, vbi ait: Et ſic vtiliter ſumeretur. quomodo enim viuificaret, vel vitam conferret aliquod corpus mortuum? *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana verbis hiſce, quæ non putauit delenda, hanc apponit marginem, In illo triduo corpus Domini erat ſine anima, non tamen diſiunctum à perſona verbi, & ideo viuificare potuiſſet. S. Thom. p. 3. q. 76. art. 1. ad 1.

LXXX.

Diſt.ead.c. 45. Quid eſt. gl. ver. Calicem. vbi è regione poſita eſt margo, quæ ait: Deitas Chriſti non ſumitur. *Deleatur.*

Editio Gregoriana marginem quidem delet: nihilominus tamen hæc verba in gloſſa retinet, Totus integer manducatur & ſumitur. infr. ead. inuitat non tamen anima vel deitas: quia illa non pertinent ad eſum & potum. H.

LXXXI.

Diſt.ead c.48. Hoc eſt gloſ. ver. Et re ſacramenti, vbi eſt margo è regione poſita quæ ait: Chriſti perſona perficitur ex Deo & homine. *Deleantur.*

Editio Gregoriana delet hanc marginem: eiuſq; loco annotat, Vide S. Thom. 3. p. q. 2. art. 4.

LXXXII.

Diſt.ead.c. 55. Non iſte. gloſ. ver. eo. vbi inf. ait: Sed licet nõ ſit ſacramentum, cum eſt in corpore: ſi tamẽ euomuerit illud, cum veneratione eſt ſeruandum, quia ſacramentum fuit. *Deleantur omnia hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet: ſed hanc apponit marginem, Vide notata ſup. ea. trib. gradibus.

LXXIV.

Diſt.ead.c.3.Non oportet gloſ. ver.eo. vbi ait: Alii dicunt, quod non:ſed vinum in ſanguinem & aqua in aquam, id eſt,vitalem humorem aquaticum.*Deleantur illa verba*,(& aqua in aquam,id eſt vitalem humorem aquaticum.

*Editio Gregoriana in gloſ.nihil delet; ad marginem vero annotat.*Aqua vertitur in Vinum,& vinum,in ſanguinem. S.Thom. ex Innocentio III. pag.3. q.74.art.8.in corp.

LXXV.

*Ibidem infra, vbi ait:*quia vinum in ſanguinem, & aqua in aquam,& panis in corpus conuertitur.*Deleantur illa verba*,(& aqua in aquam.)

Editio Gregoriana nec delet aliquid, nec in margine annotat.

LXXVI.

Diſt.ead.cap. 4.In ſacramento. gloſ. ver. Et frumentis: vbi ait, Quare non ita reliquum conuertitur, ſi fermentum addatur?quia ibi nihil eſt azymi, cuius poſſit fieri conſecratio:&ideo nihil conuertitur.*Deleantur omnia hæc verba.*

In editione Gregoriana non quidem delentur: ſed tamen hæc obelo configuntur in margine, Immo etiam in fermentato conficitur.Peccaret tamen presbyter in Eccleſia Latina, conficiens de pane fermentato.B.Thom. p. 3. q. 74.art. 4.in corp.

LXXVII.

Diſt.ead. c. 22. Tribus gradibus gloſ. ver. Miſcere. vbi ait: Certum eſt, quod ſpecies quam cito dentibus teruntur, tam cito in cœlum rapitur corpus Chriſti.*Deleantur omnia hæc verba.*

*Non delentur in editione Gregoriana: ſed margo eis contraria apponitur:*Manet corpus Chriſti, quam diu ſpecies manent,quæ deſcendunt in ſtomachum , & nutriunt. S.Thom.part.3.q.77.ar. 4.5.& 6.ſup.corp. nec proprie rapitur in cœlum, vnde nunquam diſcedit, eſt enim immobiliter in hoc ſacramento.S.Thomas q.7. art. 6. in corp.

LXXVIII.

LXXVIII.

Diſt.ead.c.Timorem gloſ.ver. Corpus vbi ait: Ideò ſacerdos ea non profert ſignificatiue: quia non poſſet ea vere proferre. Mentiretur enim, ſi diceret, Hoc eſt corpus meum. *Deleantur omnia hæc verba.*
Editio Gregoriana nullum horum verborum delet: ſed verbum Significatiue, *interpretatur*, id eſt, non ex perſona ſua, ſed ex perſona Chriſti.

LXXIX.

Ibidem infra, vbi ait: Et ſic vtiliter ſumeretur. quomodo enim viuificaret, vel vitam conferret aliquod corpus mortuum? *Deleantur omnia hæc verba.*
Editio Gregoriana verbis hiſce, quæ non putauit delenda, hanc apponit marginem, In illo triduo corpus Domini erat ſine anima, non tamen diſiunctum à perſona verbi, & ideo viuificare potuiſſet. S. Thom. p. 3. q. 76. art. 1. ad 1.

LXXX.

Diſt.ead.c. 45. Quid eſt.gl.ver. Calicem. vbi è regione poſita eſt margo, quæ ait: Deitas Chriſti non ſumitur. *Deleatur.*
Editio Gregoriana marginem quidem delet: nihilominus tamen hæc verba in gloſſa retinet, Totus integer manducatur & ſumitur. infr. ead. inuitat non tamen anima vel deitas: quia illa non pertinent ad eſum & potum. H.

LXXXI.

Diſt.ead c.48. Hoc eſt gloſ.ver. Et re ſacramenti, vbi eſt margo è regione poſita quæ ait: Chriſti perſona perficitur ex Deo & homine. *Deleantur.*
Editio Gregoriana delet hanc marginem: eiuſq; loco annotat, Vide S. Thom. 3. p. q. 2. art. 4.

LXXXII.

Diſt.ead.c.55. Non iſte.gloſ.ver. eo. vbi inf. ait: Sed licet nō ſit ſacramentum, cum eſt in corpore: ſi tamē euomuerit illud, cum veneratione eſt ſeruandum, quia ſacramentum fuit. *Deleantur omnia hæc verba.*
Editio Gregoriana non delet: ſed hanc apponit marginem, Vide notata ſup. ea. trib. gradibus.

LXXXIII.

Diſt. 4. in pr. Neceſſarium, gl ver. eo. ubi ait in fi. Aliàs enim eſt tantum ſacramenti collatio. *Deleantur hæc verba unà cum margine è regione poſita, quæ ait:* In hoc caſu ſcilicet quando indignè hoc ſacramentum recipitur: tunc tantum recipit ipſum ſacramentum, & non rem ſacramenti: & inf. c. quomodo. Arch.

Editio Gregoriana & gloſſam, & marginem retinet: addit tamen gloſſæ verbis & aliam marginem. Comprehendendo tamen in ſacramenti collatione etiam impreſſionem characteris: nam character imprimitur etiam indignè ſuſcipientibus.

LXXXIV.

Diſt. ea. c. 29. Solet etiam gloſ. ver. Fidem: ubi ait: (Sed quomodo poſſum habere talem fidem (vt montes transferam) & non charitatem: cum qui habet vnam virtutem, habeat & omnes. de pœn. diſt. 5. c. vl.) Non poſſem quidem, niſi miraculosè, *Deleantur hæc verba.*

In editione Gregoriana non delentur: ſed in margine additur. Fides poteſt haberi ſine charitate: & eſt vera fides, quamuis non vera virtus. concil. Trident. ſeſſ. 6. c. 15. & can. 28.

LXXXV.

Diſt. ead. c. 34. Sanctum eſt gloſ. ver. Reconciliaret, in fin. eſt margo è regione poſita, quæ ait: Dic melius, quod hæc neceſſitatis excuſat, quæ legem non habet, vt ſup. eo. diſt. 1. ſicut eum. *Deleatur tota.*

Editio Gregoriana totam hanc marginem retinet, nec quicquam contra eam annotat.

LXXXVI.

Diſt. ea. 145. Quando ab gloſſ. verb. Ped. lauet. *in fin. ubi ait:* Vnde pœnitentia, magis quàm baptiſmus eſt neceſſaria. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet, ſed explicat hæc verba, Id eſt, ſæpiùs neceſſaria, abſolutè enim magis neceſſarius eſt baptiſmus.

LXXXVII.

Diſt. 5. in princ. Omnes. gl. ver. Omnes. ubi ait: Quæ non ita propriè dicitur ſacramentum, maximè ſecundum opinio-

pinionem eorum, qui dicunt, eam iterari poſſe: nam ſacramenta non iterantur. *Deleantur hac verba, Editio Gregoriana verba quidem gloſſa retinet: ſed contrariam eis marginem apponit.* Imo & ipſa (de vnctione infirmorum loquitur) propriè ſacramentum eſt. Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 1. Et poſſunt iterari ſacramenta illa, quæ non imprimunt characterem. S. Thom. p. 3. q. 73. art. 6.

LXXXVIII.

Diſt. ea. c. 3. Manus quoque gloſſ. verb. Tenent: eſt margo è regione poſita, quæ ait: Monachi tenent locum Apoſtolorum, *dele.*

Editio Gregoriana retinet hanc marginem: ſed eam ex verbis gloſſæ limitat, Monachi, quoad renũtiationem proprietatis, tenent locum Apoſtolorum.

EX LIBRO DECRETALIVM GREGORII

I.

Ex proœmio Decretalium Greg. Rex pacificus, Gl. in ver. ſibi ſubditos, id eſt, prædeſtinatos, Deleantur hac verba, (id eſt prædeſtinatos.)

Editio Gregoriana totam hanc gloſſam ſuſtulit.

II.

De ſumma Trinitate & fide catholica. lib. 1. cap. 1. Firmiter. gloſſ. ver. ubi ait: ſpecies autem fidei ſunt duæ. Vna eſt formata, quam habent boni & ſancti, *deleatur illud verbum,* (ſancti) *Et ubi ait:* Et eſt alia informis, quam habent mali, & etiam dæmones & infideles: *Deleantur illa verba* (& etiam dæmones & infideles.)

Editio Gregoriana in prima parte huius gloſſa omittit verba, (& ſancti) *in poſteriore, poſt* mali, *addit*, & exiſtentes in mortali peccato: & fides eorum caret forma.

III

Ibidem paulò infra, gloſſ. ubi loquitur de articulis fidei, ait: Quos quilibet Chriſtianus ſcire tenetur, Clericus explicitè, Laicè implicitè, *Deleantur illa verba.* (Laici implicitè.)

Editio Gregoriana hac quoque verba retinet: nec quicquam annotat.

IIII.

Ibidem paulo infr. gl. vbi ait: Et eſt aliud Symbolum maius, quod cantatur in Miſſa in Nicæna Synodo factum propter Græcos. *Deleatur illud verbum* (Nicæna) *& loco huius ponatur* Conſtantinopolitana.
Editio Gregoriana nihil mutat, nec quiquam annotat.

V.

Ibidem paulo infra. gl. vbi ait: Sed verius eſt, quod articuli veri ſunt tantum ſeptem, de quibus dictum eſt. *Deleantur omnia hac verba.*
Deleta ſunt in editione Gregoriana.

VI.

De conſtitutionibus. li. 1. c. 1. Canonum. gloſ. ver. Ab omnibus. vbi ait: Nam Papa & Imperator legibus non conſtringuntur. *Deleantur hac verba.*
Non delentur in editione Gregoriana.

VII.

Eodem tit. c. 3. Translato. gloſ. verb. Translato, in Petrum, ſcilicet per illa verba, Paſce oues meas, &c. *Deleatur tota gl. huius verbi, vſq; ad ver. Sacerdotio excluſiue.*
Ita factum eſt in editione Gregoriana.

VIII.

De conſuetudine. li. 1. c. 4. Quando. glo. ver. Reſeruata. vbi ait: Dicunt quidam, quod Papa poteſt hoc delegare etiam Laico, &c. *Deleantur vſq; ad illa verba*, Sed ſi Papa prohiberet ſacerdotem *&c. excluſiue.*
Editio Gregoriana deleuit.

IX.

De renunciatione. li. 1. c. 11. Poſt translationem. gloſ. ver. Durum. vbi ait, Quia bene diſpenſat Papa contra quatuor Concilia, & contra Apoſtolum. *Deleantur hac verba.*
Non delentur in editione Gregoriana.

X.

De ſuppl. neglig. pral. lib. 1. c. 1. Statuimus. gl. ver. Alia vbi ait: Dic quod in odium Epiſcoporum dominus Papa hoc concedit per ipſam conſtitutionem. *Deleantur hac verba,* In odium epiſcoporum.

Editio

Editio Gregoriana retinet hæc verba: & hanc apponit explicationem in margine, Inobedientium & non curantium adimplere, quod ipſis incumbit.

XI.

De bigamis non ordinandis. lib.1.c.Super eo gloſ. ver. Sacros. vbi ait: Qui duo (Diaconatus & Presbyteratus) tantũ ſacri fuerunt ſecundum antiqua tempora. *Deleantur hæc verba.*

Retinentur in editione Gregoriana.

XII.

De officio iud. ord. li.1.c.11. Paſtoralis. gl. ver. Præterquam. vbi ait: Et ſic prima opinio benignior & ſecurior eſt, &c. *Deleatur vſq; ad illa verba, Vel dic, quod Laico &c. excluſiue.*

Deleta ſunt hæc in editione Gregoriana.

XIII.

De tranſactionibus. li.1.c.8. Veniens. gloſ. ver. Neceſſaria. vbi ait: Quædam ſacramenta ſunt neceſſaria quædam voluntaria: hæc diſtinctio ponitur 1.q.1.§. notandum eſt. ſacramenta neceſſitatis ſunt iſta; Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Vltima vnctio, Corpus Chriſti. Et ideo dicuntur ſacramenta neceſſaria vel neceſſitatis: quia ſine iſtis homo ſaluari non poteſt, ſi ex contemtu omittuntur, & haberi poſſunt. Sacramentum verò baptiſmi in neceſſitate à quocunque poteſt recipi, dummodo in forma Eccleſiæ conferatur. ſup. de ſum. trin. c.1. in fin. & de conſecr. diſt.4, à quodam. Et etiam Pœnitentia: nam confiteri poſſunt cuicunque in neceſſitate, iuxta illud, Confitemini alterutrum peccata veſtra. Sacramenta verò voluntaria ſunt illa, quæ omittere non eſt peccatum; quæ dignitatis ſacramenta dicuntur: vt in par. ſed notandum. vt ſunt Ordines, qui à dignioribus conferuntur, id eſt, epiſcopis: vel quia non niſi digni ad ordines aſſumendi ſunt. item Matrimonium. Sine huiuſmodi ſacramentis bene poſſumus ſaluari. 22.q.4. par. vlt. ad finem. *Deleatur tota gloſſa huius verbi, vſq; ad ver, Tranſactionem. excluſiue.*

Tota gloſſa huius verbi retinetur in editione Gregoriana: ſed in margine duæ adduntur annotationes, prior ad verbum

Neceſſaria. De materia huius gloſſæ conſule omninò Theologos,& præſertim S. Thom. 3. part. q. 65. art. 4. Et Scotum libr. 4. Sentent. diſtinct. 1. quæſt. 6. artic. 4. vide etiam notas huius capitis. *poſterior ad verbum*, cuicunque. Sed confeſſio facta Laico non eſt ſacramentum. Scotus lib. 4. ſent. diſt. 18. c. 4. art 1.

IIII

De probationibus, lib. 1. cap. 8. In præſentia q. gl. ver. Dubium ubi ait: Pro qua (religione) multa contra rationem ſtatuta ſunt, *Deleantur hæc duo verba* (contra rationem) *Editio Gregoriana deleuit.*

XV

De teſtibus & atteſtat. lib 2. cap. 19. Cauſam, quæ gloſſ. verb. Rationi, ubi ait: Cum priuilegia indulgeantur contra ius commune, & ita contra rationem. *Deleantur hæc verba.*

In editione Gregoriana poſtrema tantum verba deleta ſunt (& ita contra rationem)

XVI

De præſumptionibus, lib. 2. cap. 3. Ex ſtudiis, ubi ait: Dic vt dicit gloſſ. not. in cap. 1. &c. *Deleatur uſque in fin. huius gloſſ. ad ver, Intelligitur, excluſiuè.*

In editione Gregoriana tota hæc gloſſa eſt deleta.

XVII

De præſcriptionibus, lib 2. cap. 20. Quoniam omne, gl. verb. Tam canonica, ubi ait: Sed certè contrarium credo, cum habeat iuriſdictionem ab Imperatore, *Deleantur hæc verba.*

Deleta ſunt in editione Gregoriana.

XVIII

De celebratione Miſſarum, lib. 3. cap. 5. Ex parte, gloſſ. verb. Ne ſi forte, ubi ait: Hugo dicit contrarium ſuper decreto illo, 75. diſt. quid à patribus, *Deleatur uſque ad finem iſtius gloſſæ.*

Editio Gregoriana verba hæc gloſſæ retinet: ſed in margine annotat. Errauit Hug. nec eſt vllo modo opinio eius tenenda.

XIX

Eod. titulo, cap. 6. cum Martha, gl. ver. Sanguinis veritatem. De corpore Chriſti tres ſunt opiniones, Vna dicit, quod

quod illa ſubſtantia, quæ prius fuit panis & vinum, poſtea fit corpus & ſanguis Chriſti de conſecr. diſt. 2. panis in altari &c. quia corpus Secunda tenet, quod ſubſtantia panis & vini deſinit eſſe, & tantum accidentia ipſorum remanent, ſcilicet ſapor & pondus & ſub illis accidentibus eſt Corpus Chriſti, & hoc approbatur ſup. de ſum. trin. & fid. cathol. c. 1. Tertia dicit. quod remanet ſubſtantia panis & vini, & ſub eadem ſpecie eſt Corpus Chriſti. Io. *Deleatur tota gloſſa huius verbi, vſque ad ver. Exemplum. excluſiue.*

Editio Gregoriana totam gloſſam exhibet: ſed tres adiicit margines. primam ad verb. poſtea fit. Scilicet per tranſſubſtantiationem & hæc eſt propoſitio catholica, quam nouiſſimè definiuit Concil. Trident. ſeſſ. 13. de Euchariſtiæ ſacramento c. 4. & can. 2. vide B. Thomam 3. part. q. 75. art. 8. *Secundam ad ver.* definit, De hac Vide B. Thomam 3. part. q. 75. art. 3. *tertiam ad ver.* Tertia. Hæc eſt hæreſis demum in Concil. Trident. damnata ſeſſ. *13.* de ſacramento Euchar. c. *4.* & can. *2.*

XX.

Ibidem ver. Veritas. Deleatur illa gloſſ. à verbo, Veritas, id eſt. caro, &c. *vsque illud: figura. excluſ.*

Editio Gregoriana totam gloſſam huius verbi ſuſtulit: his tantummodo verbis retentis, Sicut ipſi hæretici dicunt.

XXI.

Eod. tit. c. 14. Literas gloſ. ver. Fermentato. vbi ait. Vnde dicit Vgutio, quod ſi quis conficeret de fermentato pane in Eccleſia occidentali, nihil fieret. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregor. nihil delet: ſed in margine addit. Et in hoc grauiter errauit. Vide B. Thom. 3. par. qu. 74. ar. 4.

XXII.

De baptiſmo & eius effectu. lib. 3. c. 3. Maiores gloſ. ver. Carentia viſionis. vbi ait: Et tamen ſempiterno igne puniuntur. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana non delet: ſed in margine addit, Ita ſenſiſſe videtur aliquando B. Auguſtinus, cuius eſt hæc auctoritas. ſed vide latè per Scotum li. 1. de natura & gratia c. 14 & lib. 4. ſent. diſt. 45. qu. 1. art. 2.

Q

XXIII.

Eod. tit. & cap. gloſ. ver. Perdurare, vbi ait in fine: Et c. ſicut ficti, &c. ſolet. non contradicunt. quia illi ore exprimunt, licet corde diſſentiant: ideò ſacramentum recipiunt, quia Eccleſia dare intendit. Sed tale ſacramentum non prodeſt ad remiſſionem peccatorum, niſi cum fictio illa receſſerit de conſecr. diſt. 4. tunc valere. *Deleatur vſque in finem gloſ. ad ver. Non ſuſcipiunt excluſiuè,*

XXIV.

De cuſtodia Euchariſtiæ, lib. 3. c. 3. Veniens gl. ver. Per Sacramentum, vbi ait: Secus in ſacramento Matrimonii, quod eſt etiam apud infideles. infra de diuort. gaudemus: & 26. diſt. deinde opponitur. & ſup. de transla. c. quanto. *Deleantur vſque in fin. gloſ. ad ver. Habet excluſiuè.*

Editio Gregoriana in verbis gloſſæ nihil mutat: ſed hanc apponit marginem. Immò in matrimonio gratia confertur & contrarium dicere eſt hæreticum. concil. Trident. ſeſſ. 24. de ſacramento Matrimonii, can. 1. Dom. Scoto. 4. ſent. diſt. 25. q. 2. art. 3.

XXV.

De obſeruatione ieiuniorum. lib. 3. c. 3. Explicari gloſ. ver. Voluerint. vbi ait: Quia maioris gratiæ eſt offerre quod non debes: quam reddere, quod teneris *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana verbis hiſce retentis hanc adſcribit marginem. Errat hîc gloſſa: & de hoc dicto tene, quod docet B. Thomas 2. 2. qu. 88. art. 6.

XXVI.

De conditionibus appoſitis. lib. 4. c. 6. Per tuas. gloſ. ver. Præſumẽdum. vbi ait in fine: Sed dic, quod ibi non eſt matrimonium, ſed expectatur euentus conditionis: & tunc primò erit. & ſi medio tempore contraheret cum alia, teneret matrimonium: licet videatur, quod ex futuro euentu pendeat, an ſit matrimonium: vt dixit Ioan. per decreta infra de frigi. *Deleatur vſque in fin. huius gl. ad ver. Sponſalibus. & etiam deleatur margo è regione poſita, quæ ait:* Sed dic idem, *&c.*

Editio Gregoriana marginem hanc, ſuſtulit, & pro ea verbis

bis gloſſa nihil mutatis hanc appoſuit annotationem. Hæc opinio gloſſæ communiter reprobatur: &c. præter Doctores hîc vide omnino Scotum lib. 4. ſent. diſt. 29. qu. 2. art. 1. verſ. hinc colligitur. Syluestrum verb. matrimonium. 3. q. 2. & Couarruuium in epitome libro 4. decret. part. 2. cap. 3. §. 2. ver. eſt & aliud.

XXVII.

Qui clerici vel vouentes matr. contr. poſſunt. lib. 4. c. 6. Rurſus gloſ. ver. Apud Deum. vbi ait: Sed certè, quod dicit Hug. magis videtur tutum. Licet enim aliquis non efficiatur monachus, benè poteſt ſe obligare ad continentiam perpetuam per votum ſicut poteſt ſe obligare ad alia vota: quia votum continentiæ excedit omnia alia vota. Vnde non poſſet commutari in maius bonum. arg. 32. q. 1. nuptiæ. vnde & ſi coniugati continentiam promittant, eam ſeruare tenentur. 33. q. 5. quod Deo pari: *Deleatur vſque ad hac verba: Hugoni contradicit Alexander, &c. excluſiue.*

Editio Gregoriana verba quidem gloſſa retinet: ſed ea ſic annotat. Hæc opinio (quod votum ſimplex impediat matrimonium contrahendum, ſed non dirimat iam contractum) communis eſt & vera: quam ſequuntur tam Theologi, lib. 4. ſent. diſt. 38. quam Canoniſtæ, tum hîc, tum in c. ſeq. Nec tenenda eſt opinio Hug. quam hîc Bernardus dicit magis tutam: vt verè & copioſe oſtendit præ aliis Sylueſter in ſumma. verb. Matrimonium. 7. q. 5. & Scotus lib. 4. Sent. diſt. 38. q. 2. art. 1. adde. c. vnic. de uoto lib. 6.

XXVIII.

Qui filii ſint legitimi. lib. 4. c. 7. Cauſam. gl. ver. Ad regem. vbi ait: (Item Moſes vtrumque gladium habuit:) cuius ſucceſſor eſt Moſes. *Deleantur hac verba.*

Non ſunt deleta in editione Gregoriana: ſed è regione hanc marginem habent appoſitam, Melius dixiſſet, Moſen fuiſſe typum & figuram Papæ.

XXIX.

Qui matrimonium accuſare poſſunt. lib. 4. ca. 5. Significante. gloſ. ver. Repellentes. vbi ait: ſed contradici conſueuit: quia ibi gratia non confertur. *Deleantur hac verba.*

Editio Gregoriana non delet: ſed contra notat. in margine, Hæc eſt hæreſis demum in Concilio Tridentino damnata: ſeſſ. 24. de ſacramento matrimonii, can. 1. cuius hæc ſunt verba, Si quis dixerit, Matrimonium non eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ ſacramentis, à Chriſto domino inſtitutum, ſed ab hominibus inventum, neque gratiam conferre: anathema ſit.

XXX.

De ſecundis nuptiis.lib.4.c.3.Vir autem.gloſ.ver. Iterari.vbi ait: Quid enim impediret hanc (extremam vnctionem) iterari, cum non ſit ſacramentum, ſed oratio ſuper hominem. D*eleantur hæc verba.*
Editio Gregoriana non delet: ſed in margine contrarium aſtruere conatur his verbis, Immò eſt vnum de ſeptem Eccleſiæ ſacramentis: & contrarium aſſerere, eſt hæreſis, demum damnata in Concilio Trident. ſeſſ. 7. de ſacramentis, can. 1. &c. ſeſſ. 14. de ſacramento extremæ vnctionis, cap. 2. & ibi. eo. tit. canon. 1. Adde Scotum lib. 4. ſent. diſt. 23. q. 1. art. 1. vbi pleniſſimè. Adde Lindanum. lib. 4. cap. 28. Panopliæ Euangelicæ.

XXXI.

Eod.tit.c. 5.Cum ſecundum. gloſ. ver. legalis: vbi ait in fine: Nec Eccleſia in hoc potuit pœnam illam tollere (mulieris infra tempus luctus nubentis) *Deleantur hæc verba.*
In editione Gregoriana non delentur: ſed in margine additur, Immò potuit: quicquid hîc dicat Bernhardus, cui ſtandum non eſt.

XXXII.

D*e accuſationibus. lib. 5. c. 24. Qualiter. gloſ. ver. Facilius. vbi ait:* Notare potes hîc arg. quod dignior eſt cœtus clericorum, quam monachorum. *Deleantur hæc verba.*
Editio Gregoriana nihil delet: ſed hanc apponit marginem; Vide Thom. 2. 2. q. 184. per totum. & *186.* ar. 1.

XXXIII.

De torneamentis. lib. 5. c. Felicis. gloſ. ver. Sepultura, vbi ait: Quia vilis ſepultura illis defunctis non nocet, *Deleantur hæc verba.*

Editio

Editio Gregoriana, ea retinet: hac tamen appoſita margine, Hoc dictum gloſſæ indiſtinctè non eſt verum. Quare vide S. Thom. & Scotum 4. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 3. quæſtione 3.

XXXIV

De raptoribus, lib. 5. c. Super eo gloſſ. ver. Sepultura, ubi ait: (Quibus denegatur ſepultura) eis huiuſmodi pœna nõ nocet, *Deleantur hac verba.*
Retinentur in editione Gregoriana: & hac additur margo, Vide citatos in c. 1. ſupra de torneamentis.

XXXV.

De furtis, lib. 5. c. 2. Fures gloſſ. ver. Diacon. ubi ait: In neceſſitate etiam Laico (confeſſio poteſt fieri) de conſecr. diſt. 4. ſanctum eſt de pœn. diſt. 1. quem pœnitet. v. ſi. & diſt. 6. cap. 1. circa princ.
Editio Gregoriana in margine annotat, De materia huius gloſſæ, vide Nauarrum pœn. diſt. 6. cap. num. 72. & ſeq. Scotum 4. diſt. 18. q. 4. art. 4.

XXXVI

De uſuris lib. 5. c. 6. In ciuitate gloſſ. ver. Comparant, ubi ait: Quia licet contrahentibus ſeſe ad inuicem decipere, *Deleantur hac verba.*
Editio Gregoriana retinet hac verba hac appoſita margine. Hoc lege ciuili permittitur: ſed lege diuina non licet, Cæterum de hoc dicto vide plenè per B. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. ad primum arg. & Dominicum Scotum libr. 6. de iuſtitia & iure, q. 3. art. 1. ad 2. arg.

XXXII.

De pœnitentia & remiſſione, libr. 5. ca. 4. Quod autem gloſſ. ver. Vt proſint, ubi ait: Etſi contemnat, peccat mortaliter pro contemtu, *Deleantur hac verba.*
Editio Gregoriana non delet hac verba: ſed ita interpretatur in margine, Talis enim ac tantus eſſe poteſt contemtus, vt hoc dictum gloſſæ ſit verum.

XXXVIII.

De ſententia excommunicationis, libr. 5. c. 28. A nobis gloſſ. ver. Non potuerit, ubi ait: Numquid à Laico poteſt abſolui in articulo mortis? arg. quod ſic de pœn. diſtinc. 1. quem pœnitet, de conſecr. diſt. 4. ſanctum eſt, vbi Laicus abſoluit per extremam neceſſitatem, quem Epi-

ſcopus abſoluere debuit. 50. diſt. in capite. Laic. *Deleatur vſque in finem gloſ. ad ver. ſuper terram excluſiue.*
Editio Greg. verbis gloſſa retentis hanc apponit marginem, Similis gloſſa in c. paſtoralis de offic. ord. ver. præterquam. & in c. fures. de furtis, ver. diacono. vbi notatum eſt, nullo tempore licere Laicis abſoluere ſacramentaliter. Præter citatos ibi, vide B. Thomam in quæſtionibus additis ad 3. part. q. 8. art. 2. & 3. & Turrecrematam de pœnit. diſt. 1. c. pœnitet.

XXXIX.

Eod. tit. c. 47. Quanta gloſ. ver. Interpretamur. vbi ait: Quia fauore religionis multa contra rationem inſtituuntur. *Deleantur illa duo verba* contra rationem.
Editio Gregoriana, verba ipſa gloſſa retinet: ſed ea in margine ſic exponit, Sano modo hoc intellige: id eſt, contra ius commune vel contra leges ciuiles.

EX SEXTO.

I.

De electione & electi poteſtate. lib. 1. c. 4. vbi periculum. gloſ. ver. Cardinales. vbi ait: Iſti fuerunt tempore Pontiani Papæ: quia, *&c. Deleatur vſque ad hac verba, De iſtis habetur, &c. excluſiue.*
In editione Gregoriana, gloſſa huius nullum extat veſtigium.

II.

De renunciatione lib. 1. c. 1. Quoniam intra gl. eſt additio quadam, quæ incipit, Datur autem certum exemplum, &c. Deleatur vſque ad illa verba, Papatum dimiſiſſet, incluſiuè.
Tota hac additio abeſt ab editione Gregoriana.

III.

De temporibus ordinationum, &c. lib. 1. c. 1. Sæpè gloſ. ver. Apoſtatæ, qui excommunicati non ſunt. *Deleantur hac verba,* qui excommunicati non ſunt.
Editio Gregoriana retentis hiſce verbis talem apponit marginem. Accipe hoc dictum gloſ. ſano modo: vt per apoſtatas intelligamus clericos ſeculares, qui habitu clericali

ricali non vtebantur: qui non ſunt ipſo iure excommunicati, ſed debent propterea excommunicari, niſi ſe emendent.c. tuæ extra de apoſta. cum aliis in gloſ. citatis.

IIII.

De bigamis. lib. 1. c. 1. Altercationis. infra gl. eſt additio, quæ incipit, Idē Guiliel.& Gar.& Io.Mon. *&c. & finit,* puniatur per iudicem ſecularem. *Deleatur tota.*

Tota abeſt ab editione Gregoriana.

V.

De officio & poteſtate iud. deleg. lib. 1. c. 9. Si ſuper. Intra gl. eſt Nota, quæ incipit, Nota quòd ſi Papa, *&c. in fine. vbi ait:* ſed tamen quia ſtatim tot vel plures gratias confert Papa, *Deleatur vſque in finem nota.*

In editione Gregoriana hæc verba nuſquam comparent.

VI.

De præbend. & dign. lib. 3. c. 39. Si is Intra gl. eſt Nota, quæ incipit, Nota primò, quod per mortem, *&c. vbi in fine ait:* Ideò dicit Panormitanus, quod vera ratio, *&c. Deleatur vſque in fin. huius notæ.*

Deleta ſunt hæc verba in editione Gregoriana.

VII.

De ſepulturis lib. 3. c. 2. Cum quis Intra gloſ. eſt additio, quæ incipit, Præſupponendum eſt, *&c. & finit,* etiam publicum vſurarium. *Deleatur tota.*

Tota deleta eſt in editione Gregoriana.

VIII.

De ſtatu regularium. lib. 3. c. Periculoſo. Intra gloſ. eſt additio, quæ incipit, Et vt infra dicit gloſ. *vbi ait in fin.* Sed iſtud capitulum non fuit receptum, *Deleatur vſque in finem.*

Editio Gregoriana poſtremis huius Additionis verbis caret.

IX.

De cognatione ſpirituali. lib. 5. c. 1. Nedum, parag. Ex confirmatione. gloſ. Frontis. vbi ait: Sine ſacramento confirmationis non dicitur quis verè Chriſtianus, *Deleantur hæc verba: vel loco illius* (verè) *ponatur* (plenè.)

Editio Gregoriana retinet verba gloſſæ: ſed in margine annotat, Melius dixiſſet, plenus Chriſtianus, quam verus Chriſtianus: vt habet textus, quem citat in cap. 1. de conſecrat. diſt. 5.

X.

De vſuris.lib 5.c.2. Quanquam.gloſ.ver. Denegetur.vbi ait: Quia ſepultura nec prodeſt nec nocet quo ad Deum. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana nihil delet: ſed in margine notat. Similis gloſ.in c. fœlicis, de torneam. & in c. ſuper eo. de raptor. intellige tamen eam, prout docet B. Auguſtinus in libro de cura pro mortuis gerenda. & B. Thomas lib.ſent.diſt.45.q.2.art.3.q.3.

XI.

De ſententia excommunic.lib.5.c.24. Alma mater gloſ. ver. Sacramentis.vbi ait: Licet enim illud ſit ſacramentum: non tamen ſic confertur gratia per illud, ſicut per alia: de hoc 1.q.1.quicquid. *Deleatur vſque in fin. iſtius gloſ.*

Editio Gregoriana hæc verba retinet: eiſque hanc apponit marginem. Fatetur ergo gl. quod in matrimonio confertur gratia: & contrarium aſſerere eſt hæreticũ concil. Trident. ſeſſ.24. de ſacram. matrimonii, can.1. An autem in matrimonio tanta conferatur gratia, quanta in reliquis ſacramentis, conſule Theologos lib. 4. ſent.diſt.16.

XII.

Eod.tit. & cap.gloſ.ver. Sicut prius. In fine deleatur hoc verbum (& pro pecunia.)

In editione Gregoriana, gloſſa habet. Et pro hoc die, quod non ſolum Miſſæ ordinariæ poterunt dici, ſed etiam peculiares, & pro pecunia. *Adiecta hæc eſt margo*, Hæc verba vſq; in finem huius gloſſulæ non ſunt de gloſſa Ioannis Andreæ: nec habentur in vetuſtioribus codicibus. Illa autem verba, Et pro pecunia, intellige, quod poteſt recipi pecunia, non tanquam precium, ſed ad ſuſtentationem, & pro eleemoſyna.

XIII.

De regulis iuris.reg.4. Peccatum.gloſ ver. Peccatum: vbi ait, Sed quod facit Sacerdos, eſt ſignum, quod dimittitur à Deo, *Deleantur hæc verba.*

Deleta ſunt in editione Gregoriana.

XIV.

De regulis iuris reg.5. Peccati venia. vbi ait. Et per pœnitentiam

tentiam ſuſceptam à Sacerdote, oſtenditur deletum, quo ad Eccleſiam. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana hæc verba retinet: ſed hanc eis apponit marginem, Caute intellige hoc dictum gloſſæ: nec inde inferas, non eſſe neceſſarium confiteri. Nam quantumuis quis ſit contritus, ſi habet copiam ſacerdotis, tenetur debito tempore ei confiteri, & virtute ſacramenti, tam attrito, quam contrito, dicuntur dimitti peccata. Vide concil. Trident. ſeſſ. 14. de ſacram. pœnit. c. 4. & 5. c. 9. & B. Thomam lib. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 1. q. 1. & ſeq.

XV.

De regulis iuris. reg. 29. Quod omnes. gloſ. ver. Quod omnes in fine, vbi ait: Papa tamen hoc ſibi vſurpat. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana verba ipſa retinet: ſed ea ſic corrigit in margine, Rectius dixiſſet hoc Papæ competere ſuo iure & eius auctoritate conceſſum ſuffraganeis, vt ipſi Archiepiſcopum conſecrent, vt patet per c. ſi archiepiſcopus extra de temp. ordin. nec. c. qui in aliquo 51. diſt. & c. c. pudenda. 24. q. 1. dicunt contrarium.

EX CLEMENTINIS.

I.

Ex procemio Clementinarum. Ioannes Epiſcopus &c. gloſ. ver. Papa. vbi ait: Nec deus es, nec homo, quaſi neuter es inter vtrumque. *Deleantur hæc verba, vnà cum ſummario in margine,* Papa nec deus eſt nec homo.

Margo quidem deleta eſt in editione Gregoriana. ſed ipſa gloſſæ verba ſic habent Papa. id eſt, admirabilis. Et dicitur à Papæ, quod eſt interiectio admirantis, & vere admirabilis: quia vices Dei in terris gerit. Inde dixit ille Anglicus in poëtria noua: Papa ſtupor mundi, & circa finem, Qui maxima rerum, Nec Deus es, nec homo quaſi neuter es inter vtrumque. Etymologia vero nominis eſt, id eſt, pater patrum. *Margo è regione appoſita,* Hæc verba ſano modo ſunt accipienda: prolata enim ſunt ad oſtendendum ampliſſimam eſſe Romani Pontificis poteſtatem.

II.

De ſumma Trin. & fide catho. c. 1. Fidei ver. Poſſibile &c. vbi dicit: Licet igitur in aſſumtione ſui ipſius caro fuerit à ſpiritu ſancto ab omnibus reliquiis peccati mundata. *Deleatur hoc verbum* (mundata) *& loco eius ponatur* immunis.

Editio Gregoriana verbum (mundata) *retinet: ſed conſimiliter id in margine interpretatur.* Expone ſano modo: mundata, id eſt, immunis & penitus libera.

III.

De iureiurando. lib. 2. c. Romani. eſt Additio inſerta in gloſ. quæ incipit, Nota hic in para. Porro. iuncta glos. *&c. & deſinit:* facit extrauagans in Clem. Meruit, de Priuileg. Fontani. *Deleatur tota.*

Tota hæc Additio abeſt ab editione Gregoriana.

IIII.

Eod. tit. & cap. gloſ. ver. Tranſtulit. vbi ait: Apud Teutonicos eſt regnum mundi, & regnum Romanæ Eccleſiæ &c. *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregoriana totam hanc gloſſam omittit.

Eod. tit. & cap. gloſ. ver. Reges. vbi ait: Et quod Vnctio nihil addit (ad poteſtatem Imperatoris) *Deleantur hæc verba.*

Editio Gregor. nihil delet: ſed hanc addit marginem. Vnctionem nihil addere, accipiendum eſt ſano modo: id eſt, nihil addit, quo ad ius adminiſtrandi.

VI.

De celebratione Miſſarum. lib. 3. c. 1. Graui gloſ. ver. Fructum. vbi ait: Et arguitur ex hoc, quod ſatis eſt labiis ſeruire in diuinis horis: licet cor diuertat ad alia. *Deleantur hæc verba.*

*Conſ.*259.*fo.*280.*annot.verb.*Fauore,*ſub litera C.tota deleatur.*

*Conſ.*357.*fol.*384.*annot.verb.*Securior,*ſub litera B.deleatur.*

*Conſ.*403.*fol.*430.*annot.verb.*Excludit,*ſub litera D.deleatur tota.*

*Conſ.*445.*fol.*466.*ann.ver.*Diſputare,*ab illis verb.*dicens Papam,&c.*deleatur vſq; in finem.*

*Conſ.*496.*fol.*522.*ann.verb.* Non valet,*ſub litera A. deleatur.*

*Conſ.*498.*fol.*525.*ann.ver.*Facta,*ſub lit.F. ab illis ver.* quē Carthuſienſes, &c. *deleatur vſq; in fin.*

Digitized by Google

*Conſ.501.fol.528,annot.verb.*Cognatio,*ſub litera D.deleatur.*

*Conſ.516.fol.542.annot.verb.*Sententiæ latæ,*litera G.deleatur.*

CHRYSOSTOMVS IAVELLVS.

Ex Chryſoſtomi Iauelli Tractatu de Trinitate.

IN *quæſt.30.art.4 in fin.ab illis verbis,* Deus autem non prædicatur, *vſq; ad illa,* Etiam in via B. Thomæ, *deleatur.*

In *quæſt.33.art.3.ab illis verbis,* Aduerte quod ii, *vſq; ad illa,* ſic habet intelligi propoſitio beati Thomæ, *deleatur.*

In *quæſt.34.art.1 ad medium,ab illis verbis,* In Deo igitur, ſi verbum comparetur, *vſque ad illa,* Et ſic eſt perſonale, *deleatur.*

In *quæſt.36.art.3.parum poſt initium, ab illis verbis,* In reſponſione ad ſecundum, *vſq; ad illa verba,* quia eadem virtute, *deleatur.*

CHRISTOPHORO LANDINO.

De Chirſtophoro Landino en la Comedia y cantos del Dante.

EN *el argumento del Canto,3.del infierno,fo.17.en los impreſſos en Venecia por Iuan Battiſta Marchio, anno de 1564. Quiteſe deſde donde dize,* Trali quali connobbe, *haſta.* Rifiuto de l'Papato.

En el Canto Decimo del infierno,fol.60. al fin. de la 3.plana. Quiteſe deſde donde dize: La onde non ſi debbe, *haſta,* quanto ſi può.

CLAVDIVS ESPENCÆVS.

Ex Claudii Eſpencæi Commentariis in epiſtol. ad Titum,impreſſ. Pariſiis apud Michaelem Sonnium.

PAg.65. *deleatur ab illis verbis,* Sed an non ai Cxponegdia *vſq; ad,* Idque adeo in confeſſo eſt.

Pag.

Pag. 74. *circa medium deleantur illa verba*, Adeo Romanam curiam repurgare ſibi non permiſit, *Deleatur etiam eadem pag. gl. marg. quæ ait.* Apoſtolicæ ſedis autoritas intacta, etiam in illicitis.

Pag. 76. *deleatur ab illis verbis*, Viuere qui cupitis, *vſq; ad*, Sacra ſunt venalia Romæ.

Pa. 77. *deleatur ab illis verbis*, Et fundamenta malorum. Romuleas arces, *vſq; ad*, Numina ſuſpicite.

Pag. 78. *lin.* 8. *deleatur ab illis verbis*: Et cum alia vendant alii: *vſq; ad*, Cœlum eſt vænale, Deuſque.

Pag. 82. *lin.* 1. *deleatur ab illis verbis*, Hi quoque, qui nomen de religione ſuperbum, *vſq; ad*, Scelus omne colorat.

Lin. 10. *eiuſdem p. deleatur ab illis verbis*: Heu fruſtrà inceſtis, *vſq; ad*, Auxilii ſperate.

Pag. 83. *prope finem*, *deleatur ab illis verbis*: Roma ipſa lupanar, *vſq; ad*, Facta eſt toto execrabilis orbe.

Pag. 84. *circa med. deleatur ab illis verbis*: Mendacem facit eſſe Deum, *vſq; ad*, Ecce ruunt.

Pa. 89. *lin. vlt. deleantur illa verba*, Tam multis ſedis Apoſtolicæ iuribus ſummis, hoc eſt, ſummis iniuriis: priuilegiis, hoc eſt, abuſibus. Conſuetudinibus, hoc eſt, corruptelis.

Pag. 513. *lin.* 18. *deleatur ab illis verbis*: Et Gregorius, *vſq; ad*, Nolite acquieſcere conſiliis.

Pag. 526. *deleatur ab illis verbis*: Audio cum horrenda, *uſque ad*, quam à Regibus & Principibus reformari.

CÆLIVS PANNONIVS.

Ex Cælii Pannonii Collectaneis in ſacram Apocalypſin Apoſtoli.

Cap. 3. *ſect.* 2. *punct.* 2. *pag.* 184. *lin.* 22. *deleantur quæ interiecta ſunt ab illis verbis*, Non igitur alii ea vti poſſunt, præterquam in caſu neceſſitatis; *vſq; ad illa*, Habet & ætas noſtra ſuos ſcribas.

COMPENDIO DE LA HISTOria del reyno de Napoles.

Del Compendio de la hiſtoria del reyno de Napoles, Por Meſſer Pandolfo Collenucio.

EN el libro 4. fol. 95. pag. 2. en los impreſſos en Venecia anno de. 1531. ſe ha de quitar deſde el verſiculo que dize, In tante doti egratie, haſta el verſ. que dize. Manfredi, poiche hebbe celebrate l'eſſequie. En los impreſſos en Venecia anno 1558. es fol. 104. p. 1.

CONCORDANTIARUM HEbraicarum capita.

Ex concordantiarum Hebraicarum capitibus.

Tollatur epiſtola libro præfixa, cuius initium, Pio lectori Ioannes Brentius, &c.

In altera epiſtola Reuchlini ad Palatinũ Rheni, col. 257. deleantur hæc verba; De qua re conſule D. Martinum Lutherum piæ mem. in Geneſ.

CONRADVS GESNERVS.

Ex Conradi Geſneri ſcriptis.

Apparatus medicus, *permittitur.*

De Animalibus quadrupedibus, *permittitur.*

Icones animalium quadrupedum, *Expuncta præfatione ad fratres ducis Suffolchiæ, permittitur.*

Icones auium, *permittitur.*

Eiuſdem liber, de piſcibus, ac aquatilibus, *permittitur.*

Nomenclator piſcium, *permittitur.*

Onomaſticon propriorum nominum, *permittitur.*

Idem de rebus metallicis, & fuſilibus, vnà cum Georgio Fabricio de rebus metallicis, *permittitur, Philippi Melanchtonis, & aliorum hæreticorum nominibus expunctis. Et præterea, pagina 21. B. delenda ſunt illa verba*, Plumbeis ſarcophagis mortuorum corpora impoſita.

Hiſtoria Plantarum, *permittitur.*

Herbarum nomenclaturæ variarum gentium, *Dioſcoridi inſcriptæ, ſecundum ordinem literarum expoſita: impreſſa cum Dioſcoride, permittuntur.*

Com-

Compendium eiuſdem, ex Actuarii Zachariæ libris de diurnis vrinarum iudiciis, & præiudiciis, *permittitur.*

Horti Germaniæ editi, *cum,* Valerii Cordi annotationibus in Dioſcoridem, *& aliis eiuſdem argumenti, ipſius Valerii Cordi, vbi additæ ſunt complures Geſneri præfationes, permittuntur.*

Permittitur etiam liber eiuſdem, De raris & admirandis herbis: *cui adiuncta eſt,* Montis fracti deſcriptio.

Enumeratio medicamentorum purgantium, *cum breui præfatione, excuſa cum examine pillularum Antonii Muſæ permittitur.*

Item de lacte, & operibus lactariis, *permittitur.*

Præfatio in Lexicon rei herbariæ Dauidis Kiberi, *vnà cum tabulis additis, de collectione herbarum per duodecim menſes anni, permittitur.*

Epiſtola de Mamyra, Doronico, Holoconitide, Moly peregrinis ſtirpibus, *permittitur.*

Præfatio in Claudium Ælianum; *Tiguri per Geſneros fratres edita, permittitur.*

Præfatio, ſeu epiſtola dedicatoria, ſententiarum Ioan. Stobæi, *Geſnero interprete, cuius initium eſt,* Non poſſum equidem illos probare, Clariſſimi viri, &c. *deleatur tota.*

In D. CYRILLVM Commentaria.

Ex D. Cyrilli Commentariis in Iſaiam, Laurentio Hunfredo interprete.

Epiſtola dedicatoria Hunfredi detrahatur.

Verſus finem capit. 1. in illa verba, Diſcite benefacere, exquirite iudicium, &c. *itidem verſus finem commentarii deleatur ex margine verbum,* Fides. *Ex textu deleantur illa verba,* Fidei autem gratiam cum his, qui valdè inquinati ſunt, tum etiam paulùm morbo affectis, ſatis ad emendationem valituram eſſe fidem facit, dicens.

Cap. 26. deleantur ex margine illa verba, Chriſtus ſolus pacificator, & iuſtificator.

Ibidem paulò inferius, deleantur illa verba marginis, Solus Deus nominandus, & adorandus.

Digitized by Google

Cap. 37. in fi. deleantur ex margine illa verba. Mortuorum adoratio vnde.

Cap. 41: deleantur ex margine illa verba: Mortuorum cultus.

Cap. 47. deleantur ex textu illa verba: Tu verò eò impietatis progreſſa es, vt nullus tibi relictus ſit ſaluti locus: nam ſemper grauia delicta pœna æqualis ſequetur.

Cap. 51. in fin. deleantur ex textu illa verba: Sed vbi non haberent Dei timorem in ſeipſis, nec Ieſum per fidem incolam reciperent: habitat enim in cordibus noſtris per fidem, ſicut ſcriptum eſt.

In Indice in eundem Cyrillum delenda ſunt, quæ ſequuntur.

Delicta grauia pœna æqualis ſequitur.
Deus ſolus nominandus, & adorandus.
Ieſum habitare in cordibus noſtris per fidem.
Mortuorum adorationis origo.
Mortuorum cultus.

Hæc commentaria D. Cyrilli in Iſaiam circumferuntur in editione Pariſienſ. operum D. Cyrilli, anno 1572. nomine Gentiani Herueti, expunctis nonnullis propoſitionibus ex his, quæ notatæ ſunt. Reliqua deleri debent.

Idem iudicium eſto de eiſdem operibus, Baſileæ excuſis apud Hæredes Heruagii, anno 1566.

Ex eiuſdem Cyrilli libro aduerſus Anthropomorphitas, Bonauentura Vulcanio interprete.

In epiſt. ad Caloſyrium, prope finem, deleantur ex margine illa verba: Monachi non tantum orationi vacare debent, ſed etiam operari, *Quæ etiam in indice, litera M continentur.*

Cap. 2. ad initium, deleantur ex margine illa verba. Quæ in Scriptura ſacra apertè dicta non ſunt, curioſius indagari non debent, *Quæ etiam in indice continentur litera S.*

Cap. 8. ad finem, deleantur in margine illa verba: Chriſtus

ſolus

ſolus ſanctificat, & iuſtificat. *Quæ etiam in indice continentur, litera. C.*

Eod. c. in tex. verſus finem, deleantur illa verba: In omnes ex æquo per ipſum donum promanat.

Ex libro de lapſu hominis eiuſdem Cyrilli, eodem interprete.

Verſus finem huius libri deleantur ex margine illa ver. Vocatio ad libertatem per fidem in Chriſtum facta. *Quæ in textu etiam, & indice litera. V. continentur.*

D

DIDACVS STELLA.

Ex Didaci Stellæ commentariis in Lucam, impreſſ. Compluti, ſeu alibi, ante annum. 1581.

TOMO. I.

Fol 5. col. 2. ante finem, in prima editione tantum. deleantur illa verb. Sed, quia hoc facere non eſt in hominis poteſtate, non dixit, induite, ſed, induimini, ideſt, rogo vt patiamini Chriſto indui.

Fol. 12. col. 1, ad fin. & in 2. edition fol. 16. col 1. poſt. medium, vbi dicitur. Secundò docemur, prædeſtinationis eſſe ſignum euidentiſſimum, & maximæ amicitiæ cum Deo. *Deleantur illa duo verba,* euidentiſſimum, & maximæ.

Folio. 20. columna. 3. ad medium, in prima editione tantum, deleantur illa verba. Verùm enimuero crediderim ego, neminem poſſe diu in mortali peccato perſiſtere, quin dubius in fide ſit, aut in hæreſim labatur.

Fol. 64. col. 4. poſt. initium, in prima editione tantum, deleantur illa verb. Nullus protrahere moras in peccato

Digitized by Google

mortali poteſt, quod in rebus fidei etiam non
let, & dubitet.

Fol. & col. iiſdem, in prima editione tantum. vbi dicit
des totum Chriſtianorum bonum eſt, *deleatur*
bum, totum.

Folio. 163. columna. 1. circa principium, & in 2. edition
lio. 226. column. 1. in princip. deleantur illa verba
mundum quidem, & ſpurcum animal eſt, opus
tali culpa affectum, quamuis moraliter b
ſit.

Ibidem, in vtraq; editione, paulo inferius, deleatur illa
Doctor ille legis, qui Chriſtum fuit percontatu
vſq; ad illud, ſexta inferius linea, & quod Dæmo
uerſus illum minus præualeat.

Ibidem, in 1. editione, col. 4. ad fin. & in 2. fol. 227. colu
poſt initium, vbi dicit, Ita Deus præcipuus autor
gritudinis animæ, *deleatur vox*, ægritudinis; &
tur ſalutis.

Fol. 166. col. 2. poſt initium, & in 2. editione, fol. 230. col.
fine, deleantur illa verba. Hæc autem confidentia
catur fides, pro formali: quia credere pro mate
eſt, *&c. vſq; ad fin. annot. nempe locum vbi verba t*
recurrunt.

Fol. 191. col. 1. poſt initium in prima editione tantum, v
citur, Ita enim per omnia in iuſtificatione impii
tingit, *deleatur verbum*, per omnia.

Fol. 195. col. 4 poſt initium, & in 2. editione fol. 271. col.
medium, deleantur illa verb. Chriſtus directè vol
quod Iudæi non intelligerent parabolam.

Fol. 212. col. 4. ad medium, in 1. editione tantum, vbi dicit
Sic Chriſti virtus ſanauit hanc mulierem, ea du
xat ratione, quia fidem habuit; *deleatur verbum*,
taxat.

TOMO. II.

Fol. 18. col. 3. poſt medium, & in 2 editione fol. 25. col. 2.
medium, delea. ab illis verb. Vt in ciuitate bene c
ſtituat, *&c. vſq; ad* cæremoniis omnibus, quas Ecc
ſia ſeruat.

Fol.

Fol.20.col.1.ad fin.& in 2.editione fol.27,col.3.prope med.vbi legitur, æqualiter diſpoſuit. *deleatur particula*, æqualiter, *& ponatur eius loco*, Non ita.

Fol.24.col.1.poſt prin.& in 2. edit.fol.32.col.4.ante medium, vbi legitur. Rectè inquit deſcendebat: nam nemo niſi pecuniis, *&c. deleat. dictio* nemo, *& loco* niſi, *legatur*, ſi *& ſtatim*, *loco* vel *legatur*, & *Et inferius, paulo poſt*, *vbi dicitur*, Id omne conſequeris, *deleatur vox*, omne.

Fol.32.col.2.in med.& in 2.edition fol.44.col.1. ad fin. vbi dicitur, Turcis, & infidelibus, nec ipſis catechumenis licet, Deum patrem vocare, vt Auguſt. ait. *deleantur illa verb.* Nec ipſis catechumenis licet.

Fol.33.col.2.in princ.in 1.edition tantum, deleantur illa verba, Quia nos non meremur beatitudinem de condigno.

Fol.eod.col.3.ante med.& in 2.edition.fol.45.col.4.poſt princip. deleantur illa ver. Vnde ſi aliquis ſit quem Deus ad hoc non iuuet, *&c. vſq; ad illud*, Ac ſi Deus illum impediret.

Fol.34.col.2, ante fin.in 1.editione tantum, deleatur illa ver. Et de reatu pœnæ, non de offenſa culpæ loquitur hic Lucas.

Fol.36. col.4.ante med.in 1.tantum editionē. delean.illa ver. Nonne conſideras graue eſſe peccatum, cùm tu canis, *&c. vſque ad illud*, Verum etiam acta peccas propter irreuerentiam.

Fol.50.col.1.circa fi.in 1.editione tantum, deleantur illa ver. Et deſertos omni bono nos relinquit.

Ibid.col.3. & 2. edition.fol.68.col 2.in fin.deleantur illa ver. Et ſicut mors corporis hominem exuit quocunque bono corporali, *&c. vſque ad illud*, Vt peccator apud ſe retineat, omnia enim aufert.

Ibidem, decima poſt linea, in 1.edition.tantum, deleantur illa verb. Et cum ipſo omnia alia bona, quæ intelligi, & cogitari poſſunt.

Fol.59.col. 3.poſt med & in 2.edition.fol.80.col.4.in prin.deleantur illa ver. Ex his patet, quam vehementer viri aliàs eruditiſſimi, *&c. vſq; ad illud*, Chriſtus reſurrexit, ſed.

*Fol.61.col.1.ad.med.& in.2.edition.fol.82. col. 4. poſt initium,vbi legitur.*Nam loca illa benè intrabant laici: quia Chriſtus,qui perfectè erat laicus ſ.ex Iudæ tribu.*Deleantur illa tria verba*, Perfectè,laicus , ſcilicet.

*Fol.62.col.3 ad fin. & in 2.edition.col.4 ad fin.deleantur illa verba.*Et modo corrupta eſt Eccleſia.

*Fol. 87.col.4.& in 2.edition.fol.87.col.4. vtrobiq; poſt princip.deleantur illa verba.*Quia Deus inferni ignem , & tormenta non parauit hominibus, *&c. vſque ad illa verba.* Quia ille in beatitudinem æternam creauit homines,non in ignem.

Fol.67.col...ante med.& in 2.edition.fol 90 col.4.in fin.vbi legitur, Niſi quia mortui ſunt in fide,*dicatur* , Niſi quia mortui ſunt in fide viua.

Fol.73.col.1.ante med.& in 2.edition fol. 99 col 1.poſt med. deleantur illa verba. Non autem diuitum , & eorum qui omnibus abundant.

Fol.81.col 4.poſt med.in 1. editione tantum, vbi dicitur Benè quidem cognoſcitur,pœnitentiam , quæ in hora mortis fit, falſam eſſe,*dicatur*,ſępenumero falſam eſſe.

Fol. 98.col 3. poſt med.in 1. editione tantum, deleantur illa verb Si.D.Petrus , cum Chriſtum negauit moreretur,*&c.vſque ad illud*,gloria in æternum prohiberetur.

Fol.118.col.2.poſt med.& in 2.editione,fo.161.col.1.circa med. deleantur illa verba. Quapropter mirari ſatis non poſſum,quare adeò delirauerint illi, qui per nonaginta nouem oues,*&c.vſq; ad illa verba.* Quare centum potius,quam alium numerum,poſuit.

*Fol.120.col.4.ad med.& in 2.edit.fol.164. col 2.in fin. deleantur illa ver.*Vt omnes interpretes , quos adhuc viderim *&c.per tres circiter columnas, vſq; ad illud.* Valde errant,qui rem adeò præcipuam , acceſſoriam faciunt.

*Fol.130.col.2.ante med.& in 2.editione,fol. 177.col.2,prope fi.vbi legitur,*Eodẽ modo.huic Dominus oculos naturales liberi arbitrii aperuit.*Deleatur particula*,naturales.*Et inferius. 4.poſt linea in vtraque editione deleantur*

leantur illa verb. Hoc autem naturaliter per liberum arbitrium fit, *Et in periodo ſequenti deleatur vox*, naturalem.

Fol.134.col.3.ad fin. & in 2.edition.fol.183.col.2. ad fin. deleantur illa ver. Nam non ſequitur, vt ii, quibus peccata dimiſſa ſunt, ſint ipſo iure in amicitiam, & gratiam recepti: poſſet namq; Deus vnum ab altero ſeparare: ita videlicet, vt peccata dimittat, nec tamen gratiam concedat.

Fol 139 col.1. ad med. & in 2 edit.fol.189 col.2.poſt initium, dele.illa verb. Vnde, quotieſcunque in ſacra ſcriptura multa legis miracula, effectuſque ſummæ admirationis, fidei virtute fuiſſe præſtitos, intelligere debes hoc de viua fide, & non de mortua: quia, vt Dialectici aſſerunt, analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato.

Fol.140.col.3.paulo poſt princ. in 1.edition.tantum, deleantur illa verb. Non Domini, vt nonnulli falſa ducti opinione ſeminant.

Fol.167.col.2.circa fin.in 1.editione tantum, vbi legitur, Obſerua autem quantum malum ſit ingratitudo, quod Chriſtus ita ſcandalizatur, quod *delea.* ita ſcandalizatur quod.

Fol.187.col.1.ante med.in 2,editione tantum, dele.illa verb. Poſtremò expende *&c. vſq; ad*, quacunque perſecutione euaneſcit.

Ibid.aliquanto inferius, in 1.editione tantum, deleantur illa ver. Quin nec Deus fidei demortuæ, *&c.vſq; ad.* Ferrnoroſæ, vt in hoc cæco videmus.

Fol.190.deleantur illa verba. Itaque, ſi certum eſt etiam peſſima opera, recta animi intentione facta, Deum reſpicere: quãto, obſecro, certius erit bona opera, cum ſana animi voluntate facta, gratiora fore coram oculis Domini.

Ibid. m.paulo inferius, in 1.editione tantum, deleantur illa verb. Non enim exaudit Deus vota impiorum: at illorum deſideriis animum applicat, qui viua fide illum inuocant.

[illegible] *col.2.ad fin. & in 2.editione.263.col.2, ad finem, de-*[illegible] *illa verba.* Proditorem Iudam impellit: quia

iam cruci affixum eſſe ſummopere cupiebat, vt animas noſtras à tyrannide, & captiuitate eriperet.

Fol.197.col.1.ante med.& in 2.editone,fol.271.col.1.poſt medium,vbi legitur, Negatiuis præceptis, *deleatur vox*, negatiuis, *& ponatur*, affirmatiuis.

Fol.207.col.1.ad fin.& in 2.editione,fol.285. col. 1. ante medium deleantur illa verba. Præterea ſacra loca, & id genus homicidatum, *&c.vſq. ad illud*, Ita nec ſacra loca ſanctos efficiunt homines.

Fol.220.col.2.ad med.& in 2.editione.fol.303.col 2.prope finem,deleantur illa verba : Vult Dominus altare terreum: nos autem marmoreum conſtruimus, *&c. vſque ad illud in prima editione*, Damnatq; faſtum, & ſuperbiam. *At in 2.editione, deleatur vſque ad illa verba:* Arbitramur enim Deum noſtris vanitatibus delectari.

Fol.eod.col.3.poſt initium, in 1.editione tantum, deleantur illa verba. At Chriſtus Dominus abominatur redditus temporales, ſumptuoſa ædificia, & ornatus templi, quando ſacerdotes praui ſunt, & habitatores tẽpli impie viuunt.

Folio.222.columna.3.ante medium,& in 2.editione,fol.306 columna.3.in princi.vbi legitur, Quandoquidem omnium maximum ſupplicium, *dicatur*, quandoquidem non omnium maximum.

Fol.225.col.4.ad finem,in 1.editione,tantum,deleantur illa verba. Nimirum poſt finem ſeculi.

Fol. 246. col.1. ad fin. & in 2.editione,fol.339.col. 3. in princ. vbi legitur, Ita vt eius digitus in eis nihil poſſet imprimere, nec eorum corda obſtinata, & malitia plena ſignare: *deleatur verbum*, poſſet, *& vbi eſt*, imprimere, *dicatur*, imprimeret, *& vbi eſt*, ſignare, *dicatur*, ſignaret.

Fol.248. col. 1. circa med. in 1. tantum editione, deleantur illa verba, Quia nulla res adeò peccatum ſanat, & deſtruit vt Chriſti Domini memoria.

EPIGRAM-

E

EPIGRAMMATVM FLORES.

Ex Epigrammatum Floribus, per Leodegarium à Quercu.

TOMO. I.

In Picterii epigramma, ad Marathonem, quod inuenies, fol. 6. in impreſſ. Pariſ. anni, 1560.

In Epigrammatis, Simonis Valamberti, paulo poſt principium, deleatur Epigramma hac inſcriptione. D. Margaritæ Reginæ Nauarrorum.

TOMO. II.

Expungãtur carmina Eobani Heſſi, *&* Georgii Buchanani: *&* Sylua Germani Brixii Antiſiodorenſis in Thomam Morum.

Deleatur tandem in hoc libro ad calcem epithalamii, CL. Heſp. Epigramma, *cuius initium eſt*, O vtinam Chriſtum ſaperes.

EPIGRAMMATA GRÆCA.

Ex epigrammatis Græcis, *deleantur nomina*, Iacobi Micylli, Ioannis Sotheris, Ioannis Sleidani, & Philippi Melanchthonis, *in omnibus epigrammatis, quibus horum hæreticorum nomina præfixa ſunt.*

Expungantur etiam, Omnia epigrammata Theodori Bezæ Vezelii, *&* Henrici Cornelii Agrippæ, *&* Stephani Doleti.

IN EPIPHANII OPERA annotationes.

Ex annotationibus in Epiphanium impreſſ.Baſileæ apud Robertum VVinterum,anno.1540.& 1545.

Tomo.1.deleatur epiſtola Iani Cornarii interpretis.

Tomo.2.libri.1.hæreſ.32.contra Secundianos.pag. 100. *deleatur gloſſa marginalis, quæ ait :* Vxores communes.

*Tomo.3.l.1.in præfationis,ac confirmationis librorum Marcionis,pa.*148.*deleatur glo.marg.quæ ait.*Lucæ Euangelium corruptum.

*Eod.tomo,hæres.*45.*contra Seuerianos,pag* 182. *deleatur gl. marginalis,quæ ait:*Mulier,Sathanæ opus.

*Hæres.*51.*pa.*199.*deleatur gl.marg.quæ ait* : Ioannis Euangelium,Cherinti eſſe putatum eſt.

*Ead.hæreſi.*51.*pa.*213.*deleatur gl.quæ ait :* Apocalypſ.Ioannis cur reprobata.

*Tomo.*4.*hæreſi.*59.*pa.*232.*deleatur gl.quæ ait* : Pœnitentia vna ſaltem.

*Ead.hæreſi.*59.*pa.*233.*deleatur gl.quæ ait:* Coniugii ſacerdotum ratio.

*Ead.hæreſi.pag.*236.*deleatur gloſſa,quæ ait:*Opera in futuro ſeculo nulla.

Hæreſi. 63. *contra Origenianos,pag.* 245. *deleatur gloſſa, quæ ait.* Epiſcoporum dilectæ amicæ, ac concubinæ.

*Tomo.*5.*hæreſi.*66.*p.*312 *deleatur gloſſ.quæ ait*: Animarum tranſitus de corpore ad corpus,

Pag. 314.*deleatur gloſſ.quæ ait:*Anima in omnibus vna.

*Hæreſi.*69.*pag.*364.*gloſſ.quæ ait :* Creaturam non adorari.*Item gloſſ.alia quæ ait*: Epiſtola ad Hebræos Pauli non eſt,*deleatur.*

*Eadem hæreſi.pa.*372.*gloſſ.quæ ait*,Mittens non eſt ſimilis miſſo,*deleatur.*

Tomo.

by Google

Tomo.6.hæreſi.70.pag.491.deleatur gl.quæ ait, Imago Dei non eſt anima. *Item alia gloſſa, quæ ait*, Imago Dei non eſt virtus.

Hæreſi.75.pag.435.gloſſ.quæ ait, Epiſcopus non differt à presbytero, *deleatur*.

Item alia gl.quæ ait, Paſcha non eſt peragendum. *Et alia quæ ait*, Mortuis viuorum preces non prodeſſe. *Et alia*, Ieiunium ordinatum non eſt ſeruandum, *deleantur*.

Tom.2.l.3.pa.507.del.gloſſ.marg. Imagines damnatæ.

Ead.pag.deleat.gloſſ.quæ ait, Sancti non adorandi.

ERASMVS ROTERODAMVS.

Ex Deſiderii Eraſmi Roterodami operibus.

TOMO. I.

EX *præfatione, ſiue Catalogo lucubrationum, cuius initiū eſt*, Non pateris, Abſtemi vir clariſſime. *in excuſis Baſileæ, anno.1540.pag.4.præfationis, prope finem paginæ, deleatur ab illis verb.* Coactus ſum igitur, *vſq; ad*, Cæterum quoniam videbam.

In princ.10.pag. deleatur ab illis verbis. Moriam luſimus, *vſq; ad*, Vitæ rationem, ac pietatem. *Et paulo poſt deleatur ab illis verbis*, Enchiridion militis Chriſtiani, *vſq; ad*, quin his maiora.

Pag.11.in fin.deleatur vox, Συκοφαντίας.

Pag.12.lin.13.deleantur illa verba: Declarantes, eos, qui ſic clamaſſent, prorſus inſanire.

Ead.pa.lin.24.deleantur illa ver. Per Monachos quoſdā, apud quos ſacroſancta eſt Pontificis autoritas.

Eadem pag linea.31 deleatur ab illis verb. Et inuenit Roma qui tales nænias legant, *vſque ad*, Verum Paſquillus.

Pa.13.lin.6.deleantur illa verb. Sed dignam eo vſu quem iudicauit Catullus.

Pa.14.in princ.deleantur illa verb. Nulla res magis commendauit Lutherum orbi, quam hominum huiuſmodi mores.

Pag.15.ad medium, deleantur illa verba: Quis non agnoſcat hîc ſpiritum euangelicum, quo mille iam annis caruit mundus?

Deleatur etiam, quod ſtatim ſequitur, tribus paginis ſequentibus ab illis verbis: Et tamen non habent, quod obiiciant mihi, *vſque ad illa verba, pag.19. paulò poſt principium:* Hæc erat illa techna mea, non aliunde profecta.

Eadem pag.19. ad medium, deleantur illa verba, Fortiter oblatrant quidam, qui mallent me ſcribere indulgentiis, aut de colligendis caſeis.

In Indice Primi Tomi, deleantur nomina librorum prohibitorum.

Ex libro 2. de copia verborum, vel rerum.

Pag.74. lin.19. deleatur ab illis verbis, Sunt autores nequaquam contemnendi, *vſq; ad,* vel petere, vel repetere.

Ead. pag. prope fin. deleatur ab illis verbis. Primùm, bello conflictari, non eſſe hominis, *vſq; ad,* haudquaquam Chriſtianorum.

In Epiſtola ad Chriſtophorum Vrſeuicum prope finem paginæ 209. deleatur ab illis verbis, Sed rurſus ſapientiùs, quàm Theologorum, *vſque ad,* magnis de nugis diſputat.

In Epiſtola ad Ioannem Eutychium, *pag.284. lin. vlt. deleatur ab illis verbis:* At mihi videtur iuſtius, *vſq; ad,* vel finxit, vel retulit.

Ex libro de conſcribendis Epiſtolis.

§. de ſuperſtitione epithetorum, pag.323. lin.17. deleatur ab illis verb. Beatiſſime pater audit Romanus Pontifex, *vſq; ad vltima verba,* §. non delectari titulis ineptis.

Eodem libro, pag.359. deleantur illa verb. Herili, ac parum humanæ vitæ inſtituo, *lin.11. eiuſdem paginæ, deleatur ab illis verb.* Quid inconſideratius, *vſq; ad,* non eſſes quidem, qui negare poſſes.

Lin.44. eiuſdem pag. deleatur ab illis verb. Quaſi verò non plurima ſunt in Chriſto, *vſq; ad,* Nobis quid ſit agẽdum, ſignificauit.

Pag.360. deleatur ab illis ver. Quid ſimile vſquam de cœ-

Pag.

libatu legis? *vſq; ad*, ex ſe nullam habet laudem.
*Lin.*10 *deleatur ab illis ver.* Nempe ideo, *vſq; ad*, Sobole augerent.
*Lin.*15.*deleatur ab illis verb.* Quod ſi lex damnat, *vſq; ad*, ne ſteriles eſſent.
Lin. 25. *deleatur ab illis verb.* Tamen arguunt, *vſque ad*, vel ſpurii impleri.
*Pag.*361.*lin.*36.*deleatur ab illis verb.* Apparet igitur, *vſque ad*, ſibi perniciem accerſere.
*Pag.*362.*li.*3 *deleatur ab illis verb.* Parùm diligens, *vſque ad*, operam dederit.
*Lin.*8.*eiuſdem pag deleatur ab illis verb.* Is pater multarũ gentium, *vſq; ad*, refugiſſet.
*Lin.*17.*deleatur ab illis ver.* Cur hæc membra tribuit, *vſque ad*, Quid tam diſſimile veri.
*Lin.*29.*deleatur ab illis verb.* Perinde quaſi virtus ſit, *vſq; ad*, Cum natura pugnat.
*Lin.*56.*deleatur*, Hoc veniæ.
*Lin.*33.*deleatur*, Priuilegium.
*Lin.*40.*deleatur ab illis verb.* Primum arbitror, *vſque ad*, Cogitarine poſſit exitialius?
*Pag.*363.*lin.*18. *deleatur ab illis verb.* Verum donetur hîc ardor, *vſq; ad*, Veluti paratum præmium inuitat.
*Pag.*364.*lin.*18. *deleatur ab illis verb.* Mea ſententia, neq; homo ſit exiſtimandus, *vſq; ad*, abhorreat.
Lin. 23. *deleatur ab illis verb.* Quanquam quis, *vſq; ad*, ſed planè ſaxum dixerim.
*Lin.*25.*deleantur illa ver.* Quanquam ne viri quidem vocabulum ſine his meremur.
*Pag.*365.*lin.*41.*deleatur ab illis verb.* Eamus nunc, & cœlibatum, *vſq; ad*, num expectamus, vt Iupiter.
*Pag.*366. *lin.* 8. *deleatur ab illis verbis*, Cur igitur prælata eſt virginitas? *vſque ad*, turpi cœlibatu paſſus ſis interire.
*paragr. De genere diſſuaſorio, p.*366.*li.*17. *del. illud*, In vituperando matrimonio.

Ex libro, cui titulus eſt, de pueris ſtatim, ac liberaliter inſtituendis.

*Pa.*437.*circa fi. del ab illis verb.* Eiuſmodi caſtigatiõ fortaſſe, *vſq; ad*, Quid hac ſententia frigidius?

Ex libro, cui titulus eſt, Parabolæ, ſiue ſimilia.

Pa.468.*prope fin. in illis verb.* Vt rex mundi magna curat, parua relinquens fortunæ, *deleatur illud,* parua relinquens fortunæ.

Pag.481.*ad fin. deleatur,* Ipſi nihil inde guſtant.

Pag.487.*deleatur ab illis verb.* Non vt Cæneus, *vſque ad,* probus euadit quiſpiam.

Pag.491.*in illo ſimili,* Vt ſacrificiis honorem habet ciuitas, *deleantur duæ voces,* multò magis.

Pag.504.*in illis ver.* Simul, atque ſemel indurauit ingenium adoleſcentis ætate, vitiisq; non poteſt refingi, *deleatur verbum,* non poteſt.

Ead. pa. ante fin. deleantur illa verb. Si ſingulæ ciuitates ſingulos haberent ſacerdotes, vt olim.

Pag.507.*poſt med. in illo ſimili,* Quemadmodum Magi, *deleatur ab illis verb.* Ita quidam ſacerdotes, *vſq; ad,* ſibi magis habeant obnoxiam.

Pag.510.*paulo poſt med. in illo ſimili,* Luna ſemel extincta, *deleatur illud:* At homo nec renaſcitur mortuus. *Et paulo poſt, in illo ſimili,* Sol poſt occubitum redit nouus: homo non item, *deleatur,* homo non item.

Pa 1:6.*paulo ante med. in illo ſimili,* Creta nullum habet, *deleatur ab illis verb.* Ita nullum eſt monaſterium tã ſanctum. *vſq; ad,* inuidentiæ malo.

Pag.118.*ante med. in illo ſimili.* Sicut piſcis, *deleatur ab illis verbis:* Non vllis dulce ediſcere preculas, *vſq; ad,* cum non intelligant.

Pa.119.*in illo ſimili,* Si fuco alas ademeris, *deleatur ab illis verb.* Ita qui in Monachorum tracti naſſam, *vſq; ad.* ne melior ſit aliorum conditio.

Pag.521.*in illo ſimili,* Vt aquæ laus eſt, *deleantur illa verb.* Theologus hoc ipſo, *vſq; ad,* & à muſis alienus.

Pag.522 *in illo ſimili,* Vt loci ſalubritas, *deleatur ab illis verb.* Veluti qui verſantur in cæremoniis, *vſq; ad,* nihil conducere.

Pag.523.*lin.1. deleantur illa verba.* Nullam huius mundi ſentit corruptelam.

Ead. pagina, ibi, Arator niſi curuus ſit, *deleantur illa verba.* ita

ba, ita miles, niſi impius ſit, pa-⁓m eſt miles.

Pag.524.prope fin.deleatur ab illis verbis, Ita ſpurcæ Scotiſtarum, *vſque ad*, ſtupidis iſtis, & bardis quouis aromate gratior.

Pag.525 ad med.ibi, Vt venti deſituri. *deleatur illud*, veluti Iulius Pontifex.

Pag. 757. deleatur tota epiſtola, de vtilitate colloquiorum, *cuius initium eſt*, Adeo nunc in omnes, & in omnia per vniuerſum orbem graſſatur.

Ex libro, cui titulus eſt, de recta Latini, Græcique ſermonis pronunciatione.

Pag.768.ante finem, deleatur ab illis verbis, Si bene facta metimur charitate, *vſque ad*, Veriùs quam ad pietatem.

Pag. 772. *lin. 11. deleatur ab illis verb.* Ad habitum quendam Phariſaicum, *vſque ad illa verba, p.773.* His reb. quidam fortaſſe magis congruebant.

Ex libro, cuius titulus eſt, Dialogus Ciceronianus.

Pag. 815. *lin. 33. deleantur illa verba*, Ex Chriſtianis autoribus oborta nebula.

Lin. 36. eiuſdem p. deleatur ab illis ver. Quam in diuorum aſcribi numerum, *vſq; ad*, celebrari Ciceronianus, quàm ſanctus.

Eadem pag. lin. vlt. deleatur ab illis verb. Ego Ciceroni inter Apoſtolos, *vſque ad*, eloquentiæ quondam appellabant.

Eodem libro, pag. 833. prope finem, deleatur ab illis verbis, Quemadmodum eximiæ pietatis virum Benedictum, *vſque ad*, Fortaſſe & Chriſtum, qui præter titulum.

Eod. lib. pag. 854. lin. penult. deleantur tres voces, Per gratiã fidei.

Pag. 835. lin. 5. deleatur, Perſuaſionis munificentia.

TOMO II.

Adagia, *eiuſdem Eraſmi expurgentur iuxta editionem iuſſu S.D.N. Gregorii XIII. caſtigatam.*

TOMO IV.

Ex Apophthegmatibus.

In Ariſtide, pag. 224. *ad medium, deleatur ab illis verbis:* Nunc mundus vndique plenus eſt ſodalitatibus, *uſque ad*, Quod erat factu optimum.

In Panegyrico gratulatorio, ad Philippum Burgundiorum Principem, p. 416. *ad medium, deleantur illa verba*, Imò haud ſcio an eundem in hominem conueniant hæc duo cognomina.

Ex libro, cui titulus eſt, Inſtitutio Principis Chriſtiani.

Pag. 447. *lin.* 19. *deleatur ab illis verbis*, Et Chriſtus nos ab omni ſeruitute redemit, *vſq; ad*, ac Principem Ieſum Chriſtum.

Ead. p. ante fi. deleatur ab illis ver. Nec te fugiat quicquid in Euangelicis, aut Apoſtolicis, *vſq; ad*, Num idem vis eſſe Chriſtiano.

Eod. lib. p. 463. *lin.* 10. *del. ab illis verb.* Et fortaſſis expediat Reip, monaſteriorum eſſe modum, *vſque ad*, de collegiis ſentiendum eſt.

P. 471. *poſt med. li.* 15. *à fi. p. del. ab illis ver.* At Chriſtus ipſe, at Petrus, & Paulus, *vſq; ad illa ver. p.* 472. ſuſpectum habere debet.

Pa. 473. *li* 4. *deleatur ab illis verb.* Vt donemus aliquod bellum eſſe iuſtum, *vſq; ad*, Niſi ſummus etiam haberetur honos.

Ex libro, cui titulus eſt, Pacis querimonia ſiue Querela Pacis.

Pag. 488. *lin.* 16. *à fine, deleatur dictio*, Vulgo.

Prope finem eiuſdem pag. deleatur ab illis ver. Quod longo iam vſu, *vſq; ad illa ver. p.* 489. odiis ac iurgiis eſſet infectum.

Eadem pagina 489. *linea* 21. *deleantur illa verba:* Et tamen non pudet, illos appellari Chriſtianos. *Linea* 14. *à fine eiuſdem pagina deleatur ab illis verbis:* Audite ſtrenui bellatores, *vſque ad*, & Chriſtianorum Deum.

Pagina 492. *linea* 14. *à fine deleantur illa verba*, Ne quis ſperaret vſquam in bellis adeſſe Chriſtum. *Et paulò*

poſt

poſt,linea 8.à fine deleatur ab illis verbis, Si verum prædicant,*vſque ad*,Hiſce rebus deſertur. *Et paulò ante finem eiuſdem paginæ deleatur ab illis verbis:* Quî conuenit caſtris & Eccleſiæ, *vſque ad*, Quid tibi cum bellis?

Pag.493.propefinem, deleatur ab illis verb. Imo ne ſacerdotes,*vſq; ad ver.pag.* 494. prouocantium ad perniciem.

Eadem p.494.ad medium,deleatur ab illis verb. Iam ipſa caſtra ſequūtur Sacrifici,*vſque ad verb.pa.* 495. Cuius inſtinctu ſummum malum fratri machinaris.

Ead.p.495.li.12. deleatur ab illis ver. Et poſt hæc execratur Turcas,*uſq; ad*,quaſi Turcis, *excluſiuè.*

*Et lin.16.deleantur illa verba.*Quid aliud facis,quam illi?*Ad med.lin.27.deleatur ab illis ver.*Atq; interea ſolemnes aguntur ſupplicationes, *vſq; ad*, cuius ipſi vobis eſtis autores.

Inſi.p. 496.deleantur illa verba: Conſpirent omnes aduerſus bellum.

Lin.penult.deleantur illa verba: Vel tam ſceleratæ, vel certè.

Pag.497.li.7. deleantur illa verba, Quaſi poſthâc pium ſit futurum non fieri martyres, ſed facere.

Pag. 498.paulò poſt med. deleantur illa verba: Vis palàm cernere quàm res ſit impia bellum?

Pa.500.li. 6. deleantur illa verba: Impudentes, qui ſibi pollicentur à bellis ad eam iter eſſe.*Lin.10. eiuſd pa. deleatur ab illis verb.*Vt non ſubitò ex ſpurco helluone,*vſque ad*,virginum ſocius.

TOMO V.

Ex enarratione Primi Pſalmi.

Pag. 149.lin.pen.deleatur ab illis ver. Annon hæc faciunt ſacerdotes quidam,qui ſuperſtitioſam plebeculam cæremoniis inuoluunt?*uſq; ad*,ſemper imbecilles in Chriſto.

*Pa.150.ante med.deleatur ab illis ver.*Ideo peccabant, *uſque ad*, peccatorem Adam.

*Pa.151.li.21.del ab illis ver.*Auſim & illud addere,*uſq; ad*, Nuſquam enim ceſſat charitas.

*Pa.153.linea.9.deleatur ab illis verb.*Citra trium linguarum

rum peritiam, *vſque ad*, etiam ſolum amplectimur.

Ibidem, lin. 14. *deleatur ab illis verb.* Legant & idiotæ legem Domini, *vſque ad*, de hac colloquantur.

Ibidem lin. 19. *deleatur ab illis ver.* At nunc ſunt, qui ſummoperè cauendum putant, *vſq; ad*, qua poſſint meditentur in lege Domini.

Ex narratione Pſalm. 2. Quare fremuerunt gentes.

Pag. 187. *paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis*, Regem habet inuiſibilem, *vſque ad*, hic eſt Chriſtus incluſiuè.

Eodem Pſalmo, pagina 192. *ante medium, deleantur illa verba*, Hoc eſt, vitare iuſſit: vt pudore correptus reſipiſceret.

Ibidem paulò poſt medium pagina lin. 30. *deleatur ab illis verb.* Et tamen virgam non habebant, *vſq; ad*, quam tyrannorum non temperet.

Pag 193. *lin.* 18. *deleantur illa verba*, Sola fides præſtabit ſalutem: & ſemel abolebit quicquid hactenus peccatum eſt.

Concione in Pſalm. 4. Cum inuocarem.

Pag. 212. *prope finem deleatur ab illis verbis*, Nam hæc eſt hominis iuſtitia, *vſque ad*, qui quod pollicitus eſt præſtitit.

Pag. 224. *lin.* 10. *deleatur ab illis verb.* Iniuſtè petunt, *vſq; ad*, hanc itaque iuſtitiam.

Pag. 236. *prope finem, deleatur ab illis verbis*, Non veſte, non cibo, non cæremoniis, *vſq; ad*, dominus addit dotes.

Pag. 240. *ad medium, deleatur ab illis verb.* Iam videre eſt, quoſdam, vbi correpti fuerint, *vſque ad*, in domini promiſſis & miſericordia.

Ex libro, qui inſcribitur de puritate tabernaculi, ſiue Eccleſiæ Chriſtianæ.

Pag. 255. *prope finem, deleatur ab illis verb.* Denique cum concupiſcentia quam ſentimus, *vſq; ad*, hæc cum ſic habeant.

Pag. 256. *lin.* 16. *del. illa ver.* Tamen reuera non habitant in tabernaculo Domini.

Pſal.

Pſalm.28.afferte Domino filii Dei.

In conſultatione de bello Turcico,p.302.deleatur ab illis ver. Neq; verò me clam eſt, *vſque ad verb.pag.*303. Nunc propius vrget nos mali vis.

Ex enarratione in pſal.33.Benedicam Dominum.

*Pag.*343.*ante finem,deleatur ab illis verb.* Auguſtinus cõſtanter affirmat infantes baptizatos,*vſq; ad*,ſi ſancti fuerunt.

*Pſal.*38.*pa.*363.*ad medium,in illud*, Dixi cuſtodiam vias meas,*deleatur ab illis verb.* Magnus eccleſiæ doctor Origenes,*vſq; ad illa verba.pag.* 366. Sed quid conor numerare quæ numerum nõ habent.

*Pag.*368.*lin.*5.*à fin.deleantur illa verb.* Sic lapſi ſunt præcipui doctores eccleſiæ.

*Eod.pſal.p.*387.*lin.*12.*in illud*, A fortitudine manus tuæ, *deleantur illa ver.* Abiicit virium,ac meritorum ſuorum fiduciam.

Ex libro,cui titulus eſt,de miſericordia Domini.

*Paulo poſt princ.pa.*467.*in princ.deleat.ab illis ver.* Verum id quod nunc agimus,*vſq; ad*,nobis præeuntem.

*Pag.*475.*paulo ante fin.deleatur ab illis verb.* Neq; defuere qui tantum tribuerent,*vſq; ad*,quam Dei miſericordiam.

*Pag.*478 *poſt medium,deleatur ab illis ver.* Si verum dicit Paulus,vbi ſunt iſti,*vſq; ad*,agnoſce tuam miſeriam, & parata eſt miſericordia.

*Pag.*481.*lin.*29.*in illis verb.* Tantum auertamini ab his, *deleatur dictio*,tantum.

*Pag.*482.*ad medium,deleatur ab illis verb.* Reſidet enim qui peccare deſinens,*vſq; ad*,reſtituitur eccleſiæ cõmunioni. *Paulo poſt lin.* 6.*à fine,deleantur illa verb.* quid autem eſt audiri niſi credere.

Paulò ante fin.eiuſdem paginæ,deleantur illa verb. Ingemiſce, confitere:ſed coram Domino.

*Pa.*483.*ad medium,deleantur illa verb.* Quid igitur ſupereſt?nihil,niſi vt agnoſcas Dei miſericordiam. *Et*

Digitized by Google

paulo poſt, deleantur illa verb. quid eſt, conuertimini ad me, agnoſcite veſtram miſeriam, & expetite meã miſericordiam.

Pag. 484. paulo poſt med. deleantur illa ver Satis rogat qui morbum agnoſcit.

Pag. 485. ad med. deleantur illa verb. Quid aliud requirit abs te miſericors Dominus, niſi vitæ mutationem?

Ex libro, cui titulus eſt, de vidua Chriſtiana.

Pa. 608. poſt medium, lin. 21. à fine, in illis ver. Fides, cui comites indiuiduæ ſunt Spes, & Charitas. *deleatur vox,* indiuiduæ.

Eod. lib. pa. 611 lin. 20. à fine, deleantur illa ver. Vt ſit quam præferas, vix ſit quam poſtponas.

Pag. 612. lin. 6. deleatur ab illis verb. Maioris virtutis eſt, *vſq; ad,* quemadmodum diximus.

Ex libro, cui titulus eſt, Precationes.

In precatione tempore peſtilentiæ, pa. 1006. lin. 5. deleatur ab illis verb. Nonnulli ad certa Diuorum nomina, *vſq; ad,* Magorum artes.

Ex libro, cui titulus eſt, de contemptu mundi.

Deleatur totum c. 12. cuius initium eſt. Iamdudum video te componere ſarcinas.

Ex libro, qui inſcribitur, de præparatione ad mortem.

Pag. 1085. lin. 5. à fine, deleatur ab illis verbis. Sed nos, cum hoc Goliath congreſſuri, *vſq; ad.* Paulus loquitur in eccleſia.

Pag. 1092. in fine deleantur illa verb. Neq; vero tuâ refert quod non cernitur oculis Eccleſia.

Pag. 1093. lin. 12. deleatur ab illis verb. Qui vero ſubſtituerunt, *vſq; ad,* his rationibus optime fit.

Pag. 1099. lin. 3. deleantur illa verb. Vides hic victoriam in oculis eſſe potius, quam in manibus.

Pag. 1101. prope finem, deleat. ab illis verb. Quidam emptitiis diplomatibus, *vſq; ad,* ſed os ſublinire morituro.

TOMO.

Digitized by Google

TOMO. VI.

Ex annotationibus Eraſmi in nouum teſtamentum.

In præfatione, fol.1. pa. 2. lin. penultima in excuſis Baſileæ, anno.1541. deleatur ab illis verb. Viri non ſolum pietate, *vſq; ad,* Oecolampadii Vinimontani.

Fol.2. pag. 4. eiuſdem præfationis, prope finem, deleantur illa verb. Vngulis ſuum, & aſinorum perturbatis.

Cap.2. Matthæi, in illa verb. Et tu Bethlehem. *pa. 13. paulo ante finem, deleantur illa verb.* Nunquam reperire licet Phariſæos, & Scribas in hoc notatos, quod legem ignorarent.

Eod. c. pag.14 lin.2. deleantur illa verb. Palam oſtendens Euangeliſtam non ſolum verbis diſſidere à propheta verum etiam ſenſum prorſus eſſe contrarium.

Ead. pa. lin.13. deleatur ab illis verb. At in Euangeliſta fatetur ſenſum prorſus eſſe pugnantem, *vſque ad illa verba, prope finem pa.* Vel apud nos locum eſſe deprauatum.

Cap.4. in illa verba, Dominum Deum tuum, *pa.24. paulo poſt principium, deleatur ab illis verb.* & illi ipſi ſeruices, *vſq; ad,* nos breuitati ſtudemus.

Cap 5. in illo, Omne malum, *pag. 26. deleatur ab illis verbis,* Bellum etiam in templis laudatur, *vſq; ad,* Ariſtot. decreta nos magis commouent, quam Chriſti.

Eod. c.5. in illa verba, Libellum repudii, *pag.30 deleatur ab illis verbis,* deinde quid facient huic loco, *vſq; ad,* illud leuiculum.

Cap.6. in illa verba, Nolite multum loqui, *pa.33. deleatur ab illis verb.* porro quod hodie videmus ſacerdotes, *vſq; ad,* cum ſeculo ſuo pugnare.

Eodem loco pag.34 lin.1. deleatur ab illis verb. Nam cantiuncularum clamor, *vſq; ad,* næ nias legant ſacris admixtas, *incluſiue.*

Eodem c.6. in illa verba, Quia tuum eſt regnum, *pag. 35. lin. 8. deleatur ab illis verbis,* magis taxanda fuerat, *vſq; ad,* quod ſi quis contendat.

Cap.8.in illa verba, Ipſe infirmitates noſtras, *ad medium pagina. 41. deleantur illa verb.* Ipſe nonnihil ad ſuum deflectens negotium. *Deleatur etiam annotatiuncula marginalis, quæ ait:* Vaticinium non nihil deflexum ab Euangeliſta.

Cap.9.in illud, Panni rudis. *pag. 44. in fine, deleantur illa verba, in Eraſmo ſuſpecta*, ſic enim vocat animos nondum humanis traditiunculis infectos.

Cap.10.in illud. Prædicate, *pag. 49 poſt medium, deleantur illa verba*, immò, niſi tales aluiſſet, euexiſſetq; Romana Sedes, non veniſſet in publicum orbis odium.

Cap.11.in illud, Iugum meum ſuaue eſt, *pagina. 54. deleatur ab illis verb*, mouet hoc loco: D. Hieron. *vſq; ad vlt. verba annotationis*, profeſſo conueniebat.

Cap.12.in illud, Quærentes te, *pag. 58. propè finem, deleatur ab illis verbis*, Cæterū aut hodie vulgus pro quodam fauore, *vſq; ad vlt. verba annotationis*, verum hęc leuiculi ſunt momenti. *Deleantur etiā duæ annotatiunculæ marginales, quarum altera ait*, Chryſoſtomus aliquid imperfectum tribuit Mariæ Virgini: *altera*, Chriſtus parum blandus matri.

Cap.13.in illud, Auditu audietis, *pag. 60. ante finem deleatur ab illis verbis*, hanc excuſationem non admittēt, *vſq; ad*, quod explicari non poterat.

Cap.15.in illud. Munus quodcunque eſt, *pagina. 66 poſt medium, deleatur ab illis verbis:* atque vtinam hic Phariſæorum morbus, *vſq; ad*, cæterum ideò dixit.

Cap.16.in illud, Quia tu es, *pa. 72. lin. 7. deleat ab illis ver.* Proinde miror eſſe qui locum hunc detorqueant, *vſq; ad illa verba*, poneret eccleſiæ fundamentum. I*bidem deleatur gloſſa marginalis, quæ ait*, Eccleſia non eſt fundata ſupra Petrum.

Cap.17.pa.73.in illud, Ipſum audite, *deleatur ab illis verb.* At nunc videmus dormitari. *vſq; ad*, ſeruulos anteponi domino.

Capite.18.in illud, Præuenit illum Ieſus, *pagina. 74. ante finem, deleatur ab illis verbis*, Videtur Hieronymus hoc arrogantiæ tribuere, *vſq; ad vltima verba annotationis*, quod nos Principi Chriſto debemus.

Delea-

Deleatur etiam annot. marginalis, quæ ait, Excuſſa Hieronymi opinio de vectigali eccleſiaſticorum.

Cap. 19. in illud, Quacunq; ex cauſa. *pag. 77. paulo poſt medium, deleatur ab illis verbis,* Sed ad hanc rationem omne peccatum, *vſq; ad,* Iudæis permiſſum eſt vxorem. *Et paulo poſt deleatur ab illis verbis,* quod Auguſtini commentum, *vſque ad vltima verba annotationis,* Sed qui proponam eruditione excutienda.

Eod. c. 19. in illud, Qui facti ſunt, *pag. 79. deleatur ab illis verb.* in qua claſſe ponemus eorum genus, *vſq; ad vltima verba annotationis,* coniiceret in hoc incendium libidinis.

Cap. 22. in illud, Sicut te ipſum, *deleat. ab illis verb.* proinde fruſtra cauillantur, *vſque ad,* quę per ſe ſunt infirmiora.

Cap. 23. in illa verba, vt videantur ab hominibus, *pag. 91. prope finem deleantur illa verba,* velut hodie apud nos habentur qui diuerſis, ac nouis, cultuum formis, & coloribus, ſanctimoniam apud vulgus profitentur.

Eodem c. & loco, deleatur ab illis verbis, atq; vtinam hoc hiſtrionum genus, *vſq; ad vltima verba annotationis,* cum alioqui leuis ſit in peccatores.

Deleatur etiam gloſſ. marginalis, quæ ait, Superſtitioſa reliquiarum oſtentatio. *Item alia gloſſa, quæ ait,* Chriſtus in ſolos hypocritas ſæuit.

Eodem. c. in illud, Orationes longas orantes, *deleatur ab illis verbis.* Vtinam hic locus emendet quoſdam, *vſque ad,* hoc ventres orbi peſtilentes.

Eod. c. pag. 93. in illud, Et facitis eum filium gehennæ duplo quam vos, *deleantur illa verba, ironice dicta,* qui magnum quidam exiſtimamus Iudæum ad Baptiſmum pellexiſſe.

Eodem c. & pag. in illud, debitor eſt, *deleantur illa verba.* Si quid minus ad rem pertineat, id inculcant: velut de poteſtate Pontificis.

Cap. 24. in illa verba, Ecce hic eſt Chriſtus, *pag. 96. deleatur ab illis verbis,* audimus Monachos paſſim clamãtes, *vſq; ad vltima verba annotationis,* quam ſyncero animo dicuntur à nobis.

Digitized by Google

verbis, Atq; idem quiſquis fuit, *vſq; ad finem annotationis, ibi,* clauſtrum non violauit. *Deleantur etiam duæ gloſſæ marginales, quarum altera ait*, Adaperiens vuluam ad Chriſtum pertinere: *altera*, Quomodo Chriſtus matris aperuit vterum.

Eod. c. in illud, Et tuam ipſius animam, *pag. 166. paulo poſt medium, deleatur ab illis verb.* atq; hinc hauſiſſe videtur Auguſtinus, *vſq; ad finem annotationis, ibi,* tantò minus erat tribuendum.

Deleantur etiam duæ gloſſæ marginales, quarum altera incipit, Auguſtinus videtur tribuere, *vſque,* dubitationem: *altera* Chryſoſtomus quoque tribuit, *vſq;* humanum.

Cap. 3. in illud, Calumniam faciatis, *p. 171. deleatur ab illis ver.* mihi non admodum probatur, *vſque in finem annotationis, ibi,* ſed de hiſce rebus alius dabitur locus.

Cap. 7. in illud, Solicite, *pag. 180. poſt medium, dele. ab illis verbis,* benignè largitur, *vſq; ad,* fraudatis etiam liberis.

Cap. 10. in illud, Qui vos ſpernit me ſpernit, *pag. 187. deleatur ab illis verbis;* & hunc locum detorquemus, *vſque ad,* ſcio tamen etiam malis, *excluſiue.*

Cap. 11. in illud, Qui decimatis, *pag. 192. deleatur ab illis verbis,* & haud ſcio an hic Chriſti ſermo, *vſq; ad,* nõnunquam cognatis, aut etiam liberis. *Et paulo poſt, eadem pa. in illo,* non tangitis ſarcinas, *deleatur ab illis verbis,* hic locus ad eos pertinet qui conſtitutionibus; *vſq; ad,* eorum qui inſtituunt.

Cap. 12. in illud, Sed nũc qui habet ſacculum, *pag. 209. deleatur ab illis verbis,* in nugis leuiſſimis, *vſq; ad illa verba paulo ante fin. annotat.* Atq; hæc pro diſputatis haberi volumus, non pro decretis.

In Ioannem.

Cap. 1. in illud, Ego neſciebam, *pag. 230. lin. 24. deleant. illa verba,* qui vetat aliquo modo baptiſmum hominis vocari.

Lin. 31. deleatur ab illis verbis. Baptiſmus dici poteſt hominis *vſq; ad,* ſermonem ſuum eſſe ſuum.

Eod. c. & loco, pag. 231. deleatur ab illis verb. Porrò quod

*prope finem annotationis,pag.366.lin.32.deleatur ab illis verbis,*nos item quoniam illum ſequentes,*vſq;ad,*in omnes dimanauit.

Eodem capite & pagina in illud, in quo omnes peccauerũt,*del tota ann.ab illis verb.*In quo quidam referunt ad Adam, *vſq; ad*, in theatrum populare proferunt.

Eod.cap.in illud,in ſimilitudinem,*pa.*373. *deleatur ab illis verbis*,illud addendum, *vſque in finem, ibi,* nullius ſententiæ præiudicium.

In princ.cap.7.in illud,Lex in homine dominatur, *deleatur ab illis verbis*, neq; eſt, quod ex hoc loco magnoperè ratiocinemur,*vſq; ad finem*, quod vterque non expectatus adeſt.

Cap.9.ad illa verba,Qui eſt ſuper omnia Deus, *deleatur tota annotatio, cuius initium eſt*, locus hic trifariam, *vſque ad vltima verba*, quemadmodum ex patribus homo.

Eodem cap.in illa verba,Et non miſericordiam conſecutam eſt,*prope finem annotationis,pag.*397.*ibi*, Paulus per ſimilitudinem detorſit ad gentes, *deleatur verbum*,detorſit,*& ponatur*,deduxit.

Cap.14.paulò poſt principium,in illud, Aſſumite, *deleatur ab illis verbis*,at hodie videmus inter Chriſtianos,*vſque ad finem annotationis,ibi*,linore, & amore noſtri.

*Eodem cap.pag.*422.*in illud*,Nam alius iudicat,*deleantur illa verba*,at pudet me commenti.*Et parum infra,deleatur ab illis verbis*, quæſo te, lector, *vſque ad*, cum hæc adſcribit.

*Ibidem,lin.*38.*eiuſdem paginæ, deleatur ab illis verbis*, Sed eos perpaucos,nempe diem Dominicum, *vſq; ad finem annotationis,ibi*,eadem antiquare.

Cap.15.in illud,Quod præteriens,*pag.* 432. *deleatur ab illis verbis*, Video veteres in his quæ non videbantur, *vſq; ad*, ſed vtinam.

Eod.cap.in illud,Collationem, *deleatur ab illis verbis*, At hodie nulli magis tyrannicè,*vſq; in finem anotationis ibi*,doctrinam Euangelicam.

In I. Epiſtola ad Corinthios.

Cap.3.in illud,Vnum ſunt,*propè finem,p.*445.*lin.vl.delea-*

tur ab illis verbis, quid diceret de noſtræ tempeſtatis factionibus, *vſque ad*, non libet hîc commemorare.

Eod. cap. in illud, Fœnum & ſtipulam, *pa.* 446. *deleatur ab illis verbis*, neq; admodum ad rem pertinet huc purgatorii mentionem, *vſq; ad illa verba, pa.* 447. Theophylactus de gradibus bonorum.

Cap 7. *in illud*, Mulierem non tangere, *ibi*, ſtudio torquet, *deleatur verbum*, torquet, *Deleatur & gloſſ. marginalis, quæ ait*, Hieronymus detorquet nonnihil verba ſcripturarum.

Eod. c. & loco, p. 460. *prope fi. deleatur ab illis verbis*, Ætate Pauli cùm inter innumeros Ethnicos, *vſque in finem annotationis, ibi*, non videtur propriè facere.

In l. cui titulus eſt, Antibarbarorum, *lib.*1.*pag.*1395. *lin.* 3. *deleatur ab illis ver.* qui hodie profeſſione religionis ſeſe venditant, *vſq; ad illa verba, vltra medium paginæ.* Michalem modeſtam.

*Pag.*1402.*lin.*1.*deleatur ab illis ver.* Ad quiduis vitii prætexendum, *vſque ad*, impune ſint flagitioſi, *incluſiue*.

*Pagina.*1412.*linea*.12.*deleatur ab illis ver.* Equidem te pulchre concionari poſſe, *vſq; ad*, verùm ne tu impunè.

Eiuſdem Eraſmi *annotationum in D. Auguſtinum, Hieronymum*, Irenæum, *& Hilarium, repurgationes ponuntur ſub eiuſdem nominibus.*

EVCHERIVS.

Ex Eucherii commentariis in Geneſin.

*Lib.*1.*c.*1.*num.*8.*in princ. vbi legitur*, Anima peccatrix eſſe deſinit, *legendũ eſt*, anima peccatrix eſſe non deſinit.

*Lib.*3.*cap.*41.*num.*23. *ad finem deleantur illa verba*, Vno tantum

tantum præcedit filium pater, paterni videlicet nominis, vocabulo: vt in confeſſione, ſeu in laudib. patris nomen ſemper anteponatur. Nam dignitate, & poteſtate, natura, atq; virtute æternitate, vel origine, vnum ſunt, vnius deitatis, atque ſubſtantiæ: nominibus enim tantummodò diſtinguuntur.

EVNAPIVS SARDIANVS.

Ex Eunapii Sardiani libro de Vitis philoſophorum, & ſopiſtarum, interprete Hadriano Iunio Hornano.

Detrahatur epiſtola ad Elizabetham, Reginam Angliæ, quæ incipit, Triſtiſſimum multo vſu, *& definit,* conſeruet, Harlemo Kal. Martii anno 1568. *vna cum verſibus, ſiue Acroſtichi ad eandem, quæ incipit,* Ecce Dionæi quę vincis ſideris ignes, *& definit,* Atque Sybillini dent vincere pulueris annos.

EVSEBII CHRONICON.

Ex additionibus in Euſebii Chronicon, ab anno. 1513. vſque ad annum. 1556.

Anno 1517. *vbi agit de Martino Luthero, deleatur primum litera D. Deinde deleantur illa verba,* Paucula quędam contra indulgentias Papæ initio ediſſerens, &c. *vſque ad finem.*

Anno 1520. *in initio, dele. illa ver.* Subito quodam, & planè lymphatico ſpiritu, *&c. vſq; ad illud,* in deſtructæ Iudæorum ſynagogæ locum collocata erat.

Anno. 1522. *vbi agit de Ioanne Reuchlino, deleantur illa ver.* Simul & artem Cabaliſticam reddidit, poſt triumphatos Dominicaſtros.

Anno 1524. *vbi agit de Vlrico Hutten. del. illa ver.* Eques Germaniæ doctiſſimus, & poeta elegantiſſimus.

Anno 15.. *vbi agit de Friderico, Saxonum Duce, deleantur illa verba,* Illuſtriſſimus, ſapientiſſimusq;. *Deinde illa,* qui, Rex Romanorum, poſt Cæſaris Maximiliani obitum, dictus, maluit Carolo Auſtriaco Imperii ho-

Digitized by Google

norem deferre, quàm vel ſe, vel ditionem ſuam ambitioſiùs onerare fato naturali.

Anno 1526. *deleantur illa ver.* Philippus illuſtris Haſſiæ prouincialis, *&c. vſq; ad finem.*

Anno 1527. *vbi agit de obſidione Pontificis, deleātur illa ver.* Qui vincere quidem nouerat: vti autem victoria neſciebat.

Anno 1529. *deleantur illa verb.* Primipili Lutherani, & Zwingliani dogmatis, *&c. vſq; ad illa verba*, minus conuenire potuerunt.

Anno 1530. *vbi agit de Comitiis Auguſtanis, deleatur illa parentheſis* (quos Lutheranos nominant)

Anno 1531. *in fin. deleantur illa verba.* Trium linguarum peritiſſimus.

Anno. 1532. *paulo poſt princ. deleantur illa ver.* Quibus tandem manſuetiſſimus Cæſar ad futurum vſq; generale, & Chriſtianum Concilium pacem firmauit.

Anno. 1534. *paulo ante finem, deleantur illa ver.* Geneua Sabaudiæ, proditione quorundam vicin orum, iterum, ſed fruſtrà, ab Epiſcopo vexatur.

Anno. 1552. *vbi dicit*, Dominus Sebaſtianus Munſterus, *deleatur verbum*, Dominus.

Anno 1556. *vbi ait*, Tiguri obiit D. Conradus Pellicanus Theologus, *deleant. voces duæ*, Dominus, *&* Theologus.

EXAMEN DE INGENIOS.

Del libro intitulado, Examen de ingenios, quæ compuſo el doctor Iuan Huarte de ſant Iuan.

En el prologo primero, plana. 1. al fin (ſegun la impreſſion hecha en Baeça *an.* 1575) *quiteſe deſde donde dize*, Que es vn auiſo que Galeno, *haſta*, vnico y ſingular.

En el prologo ſegundo, quiteſe la gloſſa de la margen, que dize, La meſma electiō hazia Chriſto.

En el meſmo prologo. 2. foja. 6. plana. 1. quiteſe deſde, Eſte repartimiento de ſciencias, *haſta*, es error muy grande.

Foja. 7. pla. 1. en el medio, quiteſe, Y que lo meſmo acontece

tece en los hombres, Y *mas adelante donde dize*, ay electione de ingenios, *quiteſe*, de ingenios.

Capitulo. 1. *foja*. 11. *plana*. 2. *quiteſe deſde*, Aſſi el, vſando el miſmo officio, *haſta*, ſalen con lo que pretenden, *foja*. 12. *plana*. 1.

En el cap. 2. *al principio*, *foja*. 21. *plana*. 2. *quiteſe deſde donde dize*, La gente vulgar, *haſta*, aunq; verdadera ſe ha de dar.

Foja. 23. *plana*. 1, *al fin*, *quiteſe deſde*, Dizen que Dios los ſanò, *haſta*, induſtria del medico.

Plana. 2. *antes del medio*, *quitenſe eſtas palabras*: Todas las virtudes y vicios.

Cap. 3. *foj*. 37. *pla*. 2. *quiteſe deſde*, Por donde ſe entiende que los brutos animales, *haſta donde dize en la foja*. 39 *plana*. 2. no mas de por intenſion.

Cap. 4. *foj*. 43. *plana*. 1. *quiteſe*, Y que eſte es el maeſtro que enſenna à las ànimas como han de obrar, *haſta*, ni dar à entender.

En la plana. 2. *de la miſma foja*, *quiteſe*: Pero eſta manera de hablar ya la dexamos reprouada atras.

Foja. 44. *plana*. 1 *al fin*, *quiteſe deſde*, Y ſi Dios fuera el autor, *haſta*, produze mil diſparates.

Foja. 45. *al fin*, *donde dize*, Gran razon tuuo Hipp. en dezir, que las animas eran *ſa*bias, ſin auer tenido maeſtro, *ò pongaſe à la margen*, La ſentencia deſtos philoſophos es falſa.

Foja. 47. *pla*. 1. *al fin*, *quitenſe eſtas palabras*, Su prudencia, ſu miſericordia, ſu iuſticia.

En la pl. 2. *quiteſe*, Hazem los diſcurſos. *Y mas adelante donde dize*, perderia luego la prudencia, *quiteſe*, la prudencia.

Foja. 48. *pla*. 2. *quiteſe*, Tienen ſus prudencias.

Foja. 49. *al fin*, *donde dize*, Con los philoſophos vulgares, *quiteſe*, vulgares. *Y mas adelante quiteſe deſde*, pueſto caſo que en eſto ay opiniones, *haſta*, ay dos o tres. *En la gloſſa de la margen*, *queteſe*, tres animas.

Fo. 51. *pl*. 1. *quiteſe*, no es meneſter maeſtro que nos enſenne.

Foja. 59. *plana* 2. *quiteſe deſde*, Deſte don eſtan an muy lexos, *haſta*, como arriba dixe.

Foja.60.plana 1.quiteſe : Parceiendo eſte caſo en parte al de Iacob.

Cap.5.*foj.61.pla.2.al fin: quiteſe deſde,* Meceſſariamente a la dentro en el celebro, *haſta*, es contra toda philoſophia natural.

Foja.73.quiteſe deſde , Deſta doctrina ſe infiere claramente,*haſta,*humido à prædominio.

Cap.6 *foj.80.pla.1,quiteſe deſde,*Segum eſto el verdadero,*haſta,*ſi es aſſi lo que affirma.

Enla plana ſiguiente quiteſe deſde , En la qual materia ſe offrecen , *haſta,* no poderſe demonſtrar.

*Foja 82 plana 1.al fin,quiteſe,*Deſto diximos,*haſta,*y que la vn ay la otra ſe remitan.

Foj.85.plana.1. quiteſe deſde , A la primera dubda principal,*haſta,*ſon de y gual perfectione y ſaber.

Foj.86.pla. 2. quiteſe deſde. Sino es por alguna razon *haſta,*ni ay hombre que lo entienda.

*Foj.87.pl.1.quiteſe deſde,*Las razone en que ſe funda , *haſta* , han ſe como ſenſible.

En la plana ſiguiente al fin,quiteſe deſde dõde dize, Lo meſmo dezimos del entendimiento,que ſu pro prio inſtrumento,*haſta la foja.89.plana.1.donde dize,* El papel blanco y liſo con el que ha de eſcreuir.

Capitulo ſeptimo,*quiteſe todo,deſde el principio del titulo donde dize,*Capitulo ſeptimo,donde ſe mueſtra,que aunque el anima racional ha meneſter el temperamento de la quarto calidades primeras , *&c.haſta el fin,del capitulo donde dize ,* Y que por eſta razon apetecen eſtar en vnos lugares,y huyen de otros ſin ſer corruptibles.

Capitulo decimo , *foja. 152.plana primera al fin , quiteſe deſde dõde dize,* Sino que la philoſophia natural pertenece al entendimiento,de la qual potencia carecen los oradores,*haſta,* por nò tener entendimiento para alcançar la verdad , *en la foja.153.al fin.*

Foja.160.plana ſegunda,quitenſe aquellas palabras: Caſtidad,humildad,temor,y reuerencia de Dios : charidad,miſericordia,y grã reconocimiento de ſus peccados,con ſoſpiros y lagrimas.

Capitulo doze,*foja.206.plana ſegunda , quiteſe lo que di-*

ze.Y

ze. Y viniendo à comer vn alimento de tan poca reſiſtencia, todo ſe les conuertia en colera. *Y adelante en la miſma plana, deſde*, Eſto meſmo les aconteciò a los Hebreos con el manna, *haſta*, para los engordar.

Capitulo treze, *foja* 231. *plana* 1. *quiteſe:* El mayor que ha hecho hombre.

Foja 249. *plana* 1. *quiteſe*, Es contra la doctrina euangelica.

Capitulo catorze, *foja* 265. *plana ſegunda al fin, quiteſe deſde donde dize*, Quan repugnante ſea à la naturaleza del hombre ſalir inclinado a virtud, prueua ſe claramente conſiderando, *haſta, donde dize en la foja* 266. *plana primera*, porcion inferior, era impoſſibile (quedando à los principios de ſu naturaleza) dexar de ſer inclinado à mal.

Foja 267. *plana primera, quiteſe deſde donde dize*, Porque va hemos dicho, y prouado à tras, que para darDios alguna ſciencia ſobre natural à los hombres, &c. *haſta donde dize, en la foja* 268. *plana primera, al fin*, no podemos vencer nueſtra naturaleza, nos lo dize la philoſophia natural.

Foja 264. *plana primera, quitenſe aquellas palabras:* Que pueſto caſo que pecco muchas vezes, no por eſſo perdia el nombre, ni habito de virtuoſo.

Cap. 15. § *qua diligencias ſe han de hazer para conſeruar el ingenio, fo* 351. *quiteſe deſde*, Con eſta miſma recepta ſe criò, *haſta el fin del lib. donde dize*, Laudetur Chriſtus in æternum.

F

FRANCISCVS DVARENVS.

Ex Franciſci Duareni libris octo, de ſacris eccleſiæ miniſteriis, ac beneficiis.

In operis fronte, del. illa verba, Item pro libertate Eccle-

ſiæ Gallicæ, aduerſus Romanam aulam, defenſi Pariſienſis curiæ, Ludouico XI. Gallorum Reg quondam oblata.

Expungatur præterea totus liber, Pro libertate Eccleſi Gallicæ, *ad finem huius operis.*

In præfat. operis verſus fin. del. illa verba, Nam vt eis con cedamus poſteriorum Pont. decreta veterib. longè diſſimillima eſſe, &c. *uſq; ad illud*, Rom. præfuerunt imperio.

Libro 1.

Cap. 1. in medio, ibi, In Alex. III. Pontif. Roman. ſed vi, & armis, ne dicam tyrannide, *del. illud*, ne dicam tyrannide.

Cap 4. Totum expungatur.

Cap. 5. verſus finem deleantur illa verba, Porrò ex iam dictis ſatis colligi poteſt, nō omnino alienum à vero eſſe, &c. *uſq; ad finem cap.*

Cap. 10. initio, deleantur illa verba, Quam poteſtatem à Chriſto accepit, nec ne, *uſq; ad illa verba, quæ ſunt ad medium capitis*, & magnitudine ſua nunc laborare videatur.

Cap. 11. aliquantum poſt medium, deleantur illa verba, Reges præterea, ac Imperatores, non adfuiſſe tantùm ſynodo, ſed & præfuiſſe legimus, &c. *uſq; ad finem totius cap.*

Cap. 21 ubicunq; toto hoc capite monachorum familia vocantur, Sectæ, *deleatur illa vox*, Sectæ.

Cap. 24. ad medium, deleantur illa verba: Quod genus monialium vetus (vt exiſtimo) non nouit Eccleſia.

Libro 2.

Cap. 4. ad medium deleantur illa verba, Sed puto maiores noſtros ſatis aduertiſſe, nihil Eccleſiæ exitialius, peſtilentiuſque eſſe, quàm miniſtrorum eius nimiam opulentiam, &c. *uſque ad illud, 12. poſt lineas*, & calamitatum exiliiſſe videatur.

Libro 5.

Cap. 11. aliquantum poſt medium, deleantur illa verba, Atque

que hinc facilè apparet, ſimul cum nomine mutatum hominem, &c. *uſq; ad illa verba*, aliis rebus pietatem colas. *Et poſt paginam fermè, deleantur rurſus illa verba*. Idque cum conſidero, in mentem mihi venit, quod Liuius, &c. *uſq; ad illa verba*, aliquid immixtum violemus.

Cap. 12. ad finem, ubi de monaſtica vita agit, deleantur duæ dictiones, Sectæ, *&* Sectarum.

Libro. 6.

Cap. 3. poſt principium deleantur illa verba: Nec ſatis perſpicio, vt ſe excuſare poſſint hoc modo promoti à Pontifice, &c. *uſq; ad illa verba, poſt 20. lineas*, Nihilominus obſeruentur.

Cap. 4. poſtremis verbis primi §. deleatur illa parentheſis, (nam luxum dicere non auſim)

Libro 7.

Cap. 6. in fine del. illa verba, Hoc autem genus expiſcandæ pecuniæ, &c. *uſq; ad fin. cap.*

Caput decimum, ubi de immunitate cleri agit, totum auferatur.

Libro 8.

Capite 4. ad finem deleantur illa verba, Hinc fit, vt captores beneficiorum Romam certatim curſitent, &c. *uſque ad illud*, modo is numeret, denegari conſueuit.

FRANCISCVS POLYgranus.

Ex Franciſci Polygrani aſſertionibus quorundam Eccleſiæ dogmatum.

Folio 68. pagina 2. (in excuſis Coloniæ Agrippinæ apud Iohannem Birckmannum, anno 1571.) deleatur ab illis verbis, Quibus ita diſcuſſis, *uſque ad*, id prorſus denegans.

Eodem folio & pagina, deleatur gloſſa marginalis, quæ ait, De iure diuino quilibet ſacerdos poſſet dare indulgentias.

GAVDENTIVS MERVLA.

Ex Gaudentii Merulæ libro Memorabilium

Lib. 3.*c.*61.*deleantur illa verba*, Serpens cauernam ſubiens, *vſq; ad*, ſi bis, redit ad vitam, *incluſiuè.*

Lib. 4.*c.* 9.*ad medium, deleantur illa ver.* Donec Epiſcopi Romani pauperes erant, &c. *vſque ad*, quam bella, & voluptates corporis.

Eod. lib. c. 50.*in pr deleantur illa verba*, Si quis poſt generationem Lunæ, *vſq; ad*, non afficietur dolore dentium, *incluſiuè.*

Li. 5. *c.* 11. *cuius initium eſt*, Quanquam Romani Imperatores, & odio armati, &c. *del. totum caput, cum ann. marginali ad illud.*

Epiſtola ultima, quæ eſt in fine libri, & incipit, Quia imaginibus, *deleātur poſtrema verba: nimirum*, Extra hoc reliquum arbitratus anathema.

GENEBRARDVS.

Ex Genebrardi Chronographia.

Pagina 406. *ubi numerantur Theologi Catholici, expungatur nomen* Huldrichi Hutteni, equitis Germani.

Pag. 551. *Caput undecimum expungatur, in quo continetur*, Liber de legibus Regum, & præliorum, ex Deuteronomio Rabbi Moſis.

Totus liber, Eldad Danai, de Iudæis clauſis, *qui incipit*, *p.* 545. *expungatur.*

GEORGIVS PVRBACHIVS.

Ex Georgii Purbachii theoricis nouis planetarum, cum ſcholiis Eraſmi Reinholdi.

Poſt libri titulum ſequenti pag. deleatur epigramma Philippi *Melanchthonis.*

Deleantur etiam initio operis duæ epiſtolæ dedicatoriæ: altera ipſius Eraſmi Reinholdi ad Albertum Marchionem Brandenburgenſem: *altera*, Philippi Melanchthonis ad Simonem Grynæum.

Fol. 19. *in fine theoricæ ſolis, deleantur illa verba:* Curauit autem

autem Gaſpar Peucerus, vt hæc poſtrema pars incorrupta ederetur.

GVILIELMVS BVDÆVS.

Ex Guilielmi Budæi libro de aſſe, & partibus eius, impreſſ. ſub prælo Aſcenſia. anno 1531.

Libro 1. folio 9. pagina 1. linea 32. deleatur ab illis verbis, Animam ſcilicet rationalem, quę cum aliud ſit à corpore, nec ſit corporis forma, *uſque ad*, vt nauem nauta.

Libro 5 folio 171. pagina 1. linea 10. deleatur: Hi ſunt ſacerdotes.

Eod. fol. p. 2. li. 16. deleantur hæc verba, Vt in caſtris ſacroſanctis plerunque nihil rectè, atque ex ordine, conſtitutum eſſe videatur.

Eadem pag lin. 39. deleatur ab illis verbis, Nonne tu ſimul, vt vniuerſum cleri noſtri, *vſq; ad*, quod quidem in ipſis eſt.

Fol. 172. pag. 1. lin. 21. deleatur ab illis verbis, Quod ſi cæteri hominum ordines, *vſque ad*, in animum inducerent. *Et parùm infra, lin. 24. deleatur*, Quid iſtis tandem fieret, *vſq; ad*, omnia naſci videmus.

Pag. 2. eiuſd. fol. li. 26. deleatur, In inſtrumentum lautum Epiſcopii, in veſtem ſtragulam.

Ead. pa. li. 39 deleatur, Queis omnino decebat, *vſq; ad*, ſatis cautum eſſe, mirum eſt. *Deleatur etiam ibi gloſſa, quæ ait:* In luxum Pontificalem.

Fol. 173. pa. 1. li. 7. del. Vt libidini, & voluptati ſacerdotali ſeruirent.

Fol. 175. pag. 2 lin. 16. deleantur illa verba, Vt collapſa eccleſiæ maieſtate; ipſa iam Dei ſponſa, velut fidei coniugalis oblita, non modò à ſpōſo diuertiſſe, ſed etiam nullo pudoris reſpectu, per triuia, per plateas euagari licenter videretur.

Linea 29. deleantur illa verba, Vt alter vir ingenioſior, quàm religioſior, *vſque ad*, conſentaneum eſt vtriq;. *Deleatur etiam gloſſa marginalis, quæ ait*, In bellatores Pontifices.

Folio 176. pagina 1. linea 6. deleatur ab illis verbis, Hinc ſe-

natus ſtultitiæ, *uſq; ad*, indeuotos concitaret.

Eadem pagina deleatur gloſſ. marg. quæ ait, Hîc ſignifica videntur duo Concilia, Romanum & Piſanum, ſtudio magis cupiditatis, & vindictæ, quàm charitati indicta.

Fol. 177. p. 1 lin. 8. deleatur ab illis verbis, Quam riduculo *uſq; ad*, Optimos Maximos ſe appellari geſtiunt.

Pag. 2. eiuſdem fol. lin. 6. deleatur ab illis verbis, Quid aliud quàm Chriſtum intelligimus, *uſq; ad*, vel animi principatu.

Lin. 15. del. hæc verba, A quibus nunc res ſumma, vel Eccleſiæ, vel animæ, magna ex parte regitur.

Lin. 21. deleatur, Ob fractam à clero huius ætatis teſſeram.

Lin. 30. del. ab illis ver. Non Pontificum iuriſdictionem, *uſq; ad*, miniſterium ei ſubſeruiebat.

Ead. p. del. gl. quæ ait, Seſſio; vocabulum eſt adluſionem habens ad concilia huius ætatis ſpecioſiora, ſcilic. quam religioſiora.

Item del. alia, quæ ait; Formularum aucupia, reſcripta cancellariæ Romanæ hîc ſignificari putem.

Item alia, quæ ait, Teſſeræ venales ſunt ſyngrapha indulgentiarum.

Folio 178. *lin.* 26. *pag.* 1. *deleatur*, Anginarium pyrum vorauit.

Del. etiam ibid gl. quæ ait, Anginarium pyrum hîc ſignificari, *uſq; ad*, cum certa ſpe potiundi.

Deleatur etiam alia gloſſa, quæ ait, Taxantur fortaſſe Pōtificii iuris libri, *uſq; ad*, & Clementinus.

Deleatur etiam alia gloſſa, eiuſdem pag quæ incipit, Calix erroris hic ſignificari putem, *uſq; ad*, vſque ad perſequendarum.

Item alia, quæ ait, In prauos Chriſti aſſeclas epiſcopos.

Lin. 34. eiuſd. pag. del. ab illis ver. Optimorum redditituum *uſq; ad*, quadam tempeſtate maiore.

Fol. 179. lin. 13. deleatur, Per Pontificum inſcitiam, incuriamq;.

Eodem folio pag. 2. lin. 34. deleantur hæc: Magis mirandum eſt, totum eum librum ab ignaro interprete verſum eſſe.

Et pa-

Et paulum infra, lin. 37.*del.ab illis verbis*, Ignorantiæ autem,*uſq; ad*,non ferendæ.

Lin. 42.*eiuſd.pag.del ab illis ver.*In ea autem editione,*uſque ad*,ſacroſanctam eſſe contendunt.

Del.& gl.ibid.qua ait,Interpretis libri Sapientię errata. *Et eadem verba deleantur ex Indice,litera S.verbo*,Sapientiæ libri interpretis errata.

Fol. 180.*pagina* 1.*linea* 2.*deleatur ab illis verbis*, Quis autem non percipit,interpretem ,*uſque ad*, ita legunt:

Eadem pagina,lin. 20. *deleatur*, Verſum eſt ignorantia linguæ.

Lin. 31.*eiuſd.pag.deleatur*: Qui locus itidem oſcitanter ab interprete tranſactus eſt.

H

HADRIANVS IVNIVS.

Ex Hadriani Iunii medici ſcriptis.

Animaduerſorum libri ſex, *& iis adiunctis liber*, *de* Coma,*permittuntur.*

Item permittuntur, Emblemata.

Ex Dictionario Græco *eiuſdem expungatur*, Epiſtola Dedicatoria.

Item Verſiones Heſychii Illuſtrii, & Eunapii, *eiuſd.Hadriani opera perfecta, & in lucem edita,permittuntur.*

In eiuſd. Nomenclatore,*titulo de re nauali,poſt med.in dictione*, Mala lignea,*deleantur illa poſtrema verba*,quas indoctum vulgus digitis verſat.

In eodem libro,titulo de Deo, & ſpiritibus, *ante finem deleantur dictiones*,Dii,*vel*, Diui maiorum Gentium , *&* Dii, *vel* , Diui minorum Gentium , *cum earum explicationibus.* *Deinde in dictione*, Dæmones genii , *deleantur illa verba*,quæ multorum adhuc animis opinio inſedit. *Et paucis interiectis*,*deleatur illud*, quos vulgò vocant.

Titulo, Dignitatum, & miniorum ſacrorum, *ante finem,in voce* Agyrta,*deleantur illa verba* , Circulator dici poteſt, qui,&c.*uſq; ad finem explicationis eius vocis.*

Digitized by Google

HENRICVS STEPHANVS.

Ex Henrici Stephani ſcriptis.

Theſaurus linguæ Græcæ, *permittitur.*

Dictionarium hiſtoricum, & poeticum, *tametſi hoc* [...] *pus Carolo Stephano potius tribui debet, permittitur.*

Ex Apologia Henrici Stephani pro Herodoto, *ipſ*[...] *Herodoti libris præpoſita, deleantur, quæ de Romanis d*[...] *cit.*

Annotationes in Herodotum, *& adiuncta Herodot*[...] Translationes fragmentorum de Cteſiæ, Perſi[...] cis, & Indicis hiſtoriis, *permittuntur.*

Item eiuſdem, Obſeruationes in Odas Anacreontis *permit.*

Item eiuſdem Præfationes in fragmenta ex Cteſiæ, Agatharchidis, Memnonis hiſtoriis Græcis, *cum eiuſdem annotationibus, permittuntur.*

Item eiuſdem, De Latinitate falsò ſuſpecta, & Nizolio didaſcalus, *permittitur.*

Præterea permittuntur Annotationes eiuſdem in Hypotypoſes Pyrrhonianas Sexti philoſophi.

Permittitur etiam Theſaurus linguæ Latinæ, *quem Henrici pater Robertus Stephanus compoſuit.*

FRAY HIERONYMO Roman.

De fray Hieronymo Roman en el libro de las Republicas del mundo.

De la Republica Hebrea.

Cap. 1. fol. 3 col. 3. lin. 23. donde dize, Por que no criò Dios, en quanto en ſi fue, *borrenſe aquellas palabras,* en quãto en ſi fue.

Cap. 14. que comiença, Las fieſtas y dias ſolemnes entre los Iudios, *quiteſe todo.*

Cap. 15. que comiença, Hallo que mandò Dios en ſu pueblo, *quiteſe todo.*

Libro 2.

Cap.

Cap.3.que comiença, Temam enſus caſamienntos, *quiteſe todo.*

Cap.4.que comiença, Los Hebreos en todas ſus coſas, *quiteſe todo.*

Cap.5.fol.50.col.3.lin.45.Borrenſe aquellas palabras, Vengamos agora à tractar delos libros, que los Hebros tuuieron, *haſta fol.53.col 1.lin.6.donde dize*, Gregorio Nazianzeno en ſu poëma, y Epiphanio en ſu epitome, y otros muchos, que no ſon tan antiguos.

Cap.13.fol.68.col.1.lin.3.borrenſe aquellas palabras, Sino leam nueſtras hiſtorias de Eſpanna, y veran que eſtragos han ſido hechos en ellos; *haſta el fin del capitulo.*

Republica Chriſtiana, lib. 1.

Cap.14.fol.105.col.2.lin.21.borrenſe aquellas palabras, Como ſi les fueſſe concedido de Dios hazerlo.

Cap.15.fol.105.col 3.lin.4.borrenſe aquellas palabras: Aſſi como en caſarſe los Eccleſiaſticos, y celebrar in vtraq; ſpecie, que es comulgar todo el pueblo en comun con la ſancta hoſtia y ſangre: que todo parece contencion y pleyto.

Lib. 4.

Cap.8 fol.204.col 2.lin.8.donde dize, Echãdo agua ſobre el baptizante, diga el que le baptiza, *&c. ha de dezir*, Echando agua ſobre el baptizado, diga el que le baptiza: Yo te baptizo en el nombre del padre, y del hijo, &c.

Cap.9.fol.205.col.1.al princip.borrenſe aquellas palabras: tuuo origen en los apoſtoles, *haſta donde dize*, leemos, &c.

En el meſmo cap.fol.206.col.1.lin.11.borrenſe aquellas palabras. A todos dauan de la ſangre.

Capitulo 15.folio.216.columna.3.linea.12.donde dize, Por que entonces comulgauan ſub vtraq; ſpecie, *ha de dezir*, comulgauan algunos ſub vtraq; ſpecie.

Cap.16 fol.219.col.2.lin.28.borrenſe aquellas palabras, que dize, hablando de la reformacion en el clero: Que aunq; nueuo no hara mal.

Digitized by Google

Lib. 5.

Capitulo.1.fol. 225. *col.3.lin.*17.*borrenſe aquellas palab*
Otro nombre han introduzido los nueſtros m
dernos,muy confiados de ſi meſmos; *haſta donde*
ze El qual eſta diuidido en Eſpanna,Italia , Ind.
con otras muchas islas.

*Enel meſmo capitulo,folio.*224.*columna.*2.*linea.*11.*borr*
*ſe aquellas palab.*El qual en alguna manera es rec
do.

Capitulo. 18.*folio.*260. *columna.*2.*linea.* 34. *borrenſe e*
*palabras,*Porq; tocò vn punto, que era ſubtiliſſi
y agudo,*haſta donde dize,*Fue eſte punto tan gra
arduo,que perturbo à la vniuerſal yglesia , y de
ſoſſego à muchos varones ſanctos y doctos, po
nouedad del hecho.

*Enel meſmo cap. fol.*261. *columna.*3.*lin.*11,*borrenſe aquell*
*palabras,*Eſtos tuuieron,entre otros muchos err
res,*haſta donde dize*, coſa vana y ridiculoſa, *que e*
*en la linea.*18.

Republica Septentrional.

Cap.4.fol. 351. *col.4.lin.* 21. *borrenſe aquellas palabras:* N
tanco por imitar la coſtumbre de la primitiua
gleſia.

Republica Gentilica.

Lib. 1.

*Cap.1.fol.2.col.2.lin.*40 *borrenſe aquellas palabras* ; Y aſſ
tuuieron la idolatria por coſa natural. *Y mas abax*
*en el meſmo capitulo,col.*3.*lin.*20.*ſe borren eſtas palabra*
Ay otra ſennal notable para ſer natural la idola
tria.

Capitulo 5.*folio.*10.*columna prima,borreſe todo el §.que tra*
ta de Priapo,el qual comiença , Otro Dios fue famoſ
entre los Griegos,que fue Priapo,*y acaba,*Y aſſi hal
lamos otros deſatinos à eſte propoſito.

Lib. 2.

*Cap.3.fol.*35.*col.2.lin.vlt.borrenſe aquellas palabras* , El aſ
no como vieſſe à Priapo , *haſta donde dize* ; Por lo
qual de alli adelante le aborreſcio.

*Cap.*10.

*Cap.*10.*fol.*43 *columna.*2.*que comiença*, Ya ſe dixo atras, como Bacho tuuo por hijo à Priapo, *quiteſe todo.*

C[illegible]*ol.53.col.2.lin.37.borrenſe eſtas palabras*, Pero como aquello auia de ſer aſſi.

Enel meſmo cap.fol.54.col. 2. lin.36.borrenſe eſtas palabras, Auia tambien eſte mes otra fieſta muy gracioſa, *haſta donde dize*, Dexo de dezir otras coſas que ſe hazian en la fieſta.

Libro. 3.

Capitulo.11.fol.76.columna.1.lin.15.borrenſe eſtas palabras: Y ſin dubda, ſino vſaran del repudio y diuorcio, fueran de toto punto auidos por gente caſi Chriſtiana.

Cap.14.folio.80.columna.3.linea 7.borrenſe eſtas palabras: Y deciam verdad, ſi ellos conocieram à Dios verdadero.

Libro. 7.

Cap.5.fol.219.col.2.lin.pen.borrenſe aquellas palabras: Que no ſe yo que mas Chriſtianamente podiam biuir.

Enel meſmo c.fol. 221. col. 1. lin.20.borrenſe eſtas palabras, Porque, como el ſer obiſpo propriamente ſea de Theologos, *haſta donde dize*, Mas para audiencias y carceles.

Cap.16.fol.245.col.1.lin.11 borrenſe eſtas palabras, Y por el contrario, no auiendo ſalud, ni el Rey, ni el Papa, ni el que mas puede, tiene ningun bien.

Libro. 8.

Cap.6.fol.263.col.2.lin.1.borrenſe eſtas palabras: Que ſolemos tener los frayles, que parece que nos queremos echar à nadar en ellas: aunque hartos ay que les hazen eſtar à raya.

Libro. 9.

Cap.10.fol.300.col.3.quiteſe todo el cap.que comiença, Yo ſe que las mugeres que ſon amigas de leer coſas nueuas.

Enla hiſtoria dela orden de S.Auguſtin compueſta por el meſmo fray Hieronymo Roman.

Fol.343. donde pone el indice delas obras de S.Aug. enla col.1. hazia el fin, borreſe aquellas palabras, Que ſea eſto verdad, aun en los originales ſagrados lo vemos, y dello tenemos teſtimonios, *&c. haſta dōde dize enel principio dela tercera columna dela miſma foja*, y el que lo tras Iadò metio aquello en la margen en el miſmo texto.

IN D. HIERONYMVM Annotationes.

Ex annotationibus Eraſmi Roterodami in ópera D.Hieronymi.

TOMO I.

Expungatur epiſtola prior Eraſmi ad Guilielmum Waramum, epiſcopum Cantuarienſ. *qua epiſtola præfigitur in 2. editione operum. D. Hieronymi.*

Expungatur præterea epiſtola nuncupatoria, Ad eundem Guilielmum Waramum, Archiepiſcopum Cantuarien. *quæ præfixa eſt ab Eraſmo in vtraq; editionē operum Hieronymi.*

In ſcholiis epiſ. ad Heliodorum, *cuius initium eſt*, Quantò amore, *&c. nu. 2. del. illa verb.* Proinde mihi videntur optimè conſulturi vitæ Chriſtianæ, qui inſtituerint, vt adoleſcentibus ſolenni ritu renouetur tota profeſſio baptiſmi, ac verbis apertis expliceturſumma totius Euangelicæ doctrinæ: ſed amabili quadā ſpecie, vt auxilium numinis vbique præſens, vt magnitudo præmiorum efficiat, ne deterreantur à difficultate negotii.

Ibidem paulo inferius, nu. 3. deleantur illa verb. A veterum igitur ritu fluxerunt hæ cæremoniæ, quibus Chriſtiani in Baptiſmis vtimur.

In ſcholiis epiſt. ad Nepotianum, *cuius initium eſt*, Petis à me Nepotiane, *&c. del. Antidoti prima pars, vſq; ad illa ver.* Et moderato diuitiarum vſu eſſent contenti.

In ſcholiis epiſt. Ad Ruſticum, *cuius initium eſt*, Nihil Chriſtiano fœlicius, *&c. nu. 3. in illa verba*, Filii prophetarum, *deleantur illa ver.* Non quod certo cultu, aut titulis, ab aliis diſtinguerentur, quemadmodum hodie

hodie Monachorum vulgus: ſed quòd, ſemoti ab oppidorum frequentia, vitam agerent in ſolitudine, cùm hodie nuſquam eſſe malint quam in denſiſſima frequentia hominum, præſertim diuitum, & Craſſulorum.

In fine ſcholiorum eiuſdem epiſtolæ. nu. 12. *deleantur illa ver.* Cum nunc plerique pluſquam ſacrilegium eſſe ducant, aliquid è donariis ſacris tollere: etiam ſi vniuerſi pauperes Sagũtina (quod aiunt) fame laborẽt.

Deleatur item tota Antidotus, *ſcholiis adiecta.*

In ſcholiis epiſt. Ad Demetriadem, de ſeruanda virginitate, *nu.* 4. *deleantur illa verba.* Nunc aliquoties contingunt Romani Pontificis ærario locupletiſſimi, apoſtolicis operibus, hoc eſt ſacra doctrina, & pietate nudiſſimi.

Deleatur item integra Antidotus *in eandem epiſtolam.*

In epiſtola Ad Furiam, *del. tot.* Antidotus, *ſcholiis adiecta.*

In ſcholiis epiſtolæ ad Gerontiam, *cuius initium eſt*, In vetere via, *&c. nu.* 11. *dele. illa verba*, Ex hoc loco D. Hieronymus videtur in hac fuiſſe ſententia, vt putaret Chriſtianis non licere bellare: quod vtinam omnibus perſuaſum eſſet: certè minus inſaniremus huiuſmodi tumultibus, quorum nullus eſt finis: cum omnes fere naſcantur ex ambitione Principum.

In Antidoto *ſcholiis adiecta deleatur tota prima pars, vſq; ad illa verba*, In matrimonio virginitatem imitantur.

In ſcholiis epiſtolæ ad Paulinum, *cuius initium eſt*, Bonus homo, *&c. nu.* 2. *dele. illa ver.* At hodie complures, etiam ex eorum numero, qui videntur ſapere, ab extremis mundi finibus, ſummo ſumptu, ſummo vitæ diſcrimine, nonnunquam & morum, ad ea currunt loca, &c. *vſq; ad illa verba*, Loca ſancta contemnere videretur.

Ibidem nu. 5. *deleantur illa verba*, Legant hæc barbari iſti balbi, & infantes Theologi, quantopere vir doctiſſimus in Monacho quoq; laudet eloquentiam, & Tullianam eloquentiam.

In ſcholiis epiſt. Paulæ, & Euſtochii ad Marcellam, *cuius initium eſt*, Menſuram charitas non habet, *nu.* 5. *dele.*

illa ver. Hæc forma Monachorum plurimùm at huius temporis Monachis abeſt: apud quos ab inæqualibus æqualia exiguntur, & ex his æſtimatur omnis fere religio, atq; ex his etiam leuioribus, puta cultu, & colore.

In argumento epiſt. Ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis. *cuius initium eſt,* Audi filia, &c. *deleantur illa ver.* Verum hic liber quàm malè tractat malos Monachos, & clericos, tam male viciſſim ab illis tractus fuit: adeò namque mendoſum reperimus, vt pro vnico vitio exprobrato, decem mendas induxiſſe videantur.

In ſcholiis eiuſdem epiſtolæ, nu. 12. *deleantur illa ver.* Sicuti bellum, & alia pleraque.

Ibid. nu. 16. *dele. illa verb.* Hæc eſt illa fabula, quam memoriter tenent etiam hi, qui ne verbum quidem vnquam legerunt in ſcriptis Hieronymi, *&c. vſq; ad illa verb.* qui ſe doctores, & interpretes vocant.

In Antidoto *eiuſdem epiſt. deleant. illa ver.* At hæc videtur hîc quoq; quędam durius dicere in matrimonium, cui Hieronimus non admodum fauit: immò tantò magis fauit, quod voluit eſſe quam minime inquinatum libidine, & virginitati ſimillimum, *&c. vſq; ad illa verba,* nihil habent quod quenquam offendat.

In ſcholiis epiſtolæ Ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ, *quæ incipit,* Quis dabit capiti meo, *&c. nu.* 1. *deleantur illa verba:* Cum hodie ſapientes iſti pulchrum ducant ſpurcè loqui: & Chriſtianum hominem decere linguæ ſordes.

In ſcholiis Epitaphii ad Euſtochium, ſuper obitu Paulę, *cuius initium eſt,* Si cuncta corporis membra, *&c. nu.* 3. *deleantur illa ver.* Mirum eſt ætate D. Hieronymi tantam etiamnum Imperatorum autoritatē fuiſſe Romæ, vi illorum literis Orientis, atq; Occidentis epiſcopi Romam contraherentur, ac non potius Romani Pontif. præſertim cum Conſtantinus iam Syluestro ceſſiſſet imperium: ſi vera eſt fama.

Ibidem deleatur tota Antidotus, *ſcholiis adiecta.*

In ſcholiis epiſt. Fabiolæ ad Oceanum, *quæ incipit,* Plures anni

Digitized by Google

anni ſunt, *&c. nu. 2. deleatur ab illa verbis.* Alioqui, ii ſenſerunt non eſſe recipiendos in contubernium Eccleſięqui à baptiſmo prolapſi fuiſſent in aliquod crimen, *&c. vſq; ad illa verba,* adhanc occultam, & longè diuerſi generis.

In ſcholiis epiſt. Ad Innocent. *cuius initium eſt,* Sæpe à me, Innocenti chariſſime, *&c nu. 3. deleantur illa ver.* Et ſæuitur paſſim in miſeros fures: cum nec Draconis leges, nec Romanæ, nec vllæ Ethnicorum, nec ipſæ Moſaicæ leges, ſimplex furtum ſupplicio capitis vindicauerint: ſed auaritia noſtra fecit, vt vſque adeò ſimus infenſi furibus, & ideo malum magnum exiſtimemus furtum, quia pecuniam ſummi boni loco ducimus.

In epiſt. ad lectorem, *præmiſſa in* Catalogum ſcriptorum eccleſiaſticorum, *deleatur prima eius pars, vſq; ad illa verba*: Quod temporum ruina nobis fecit reliquum.

In ſcholiis de Ioanne Euangeliſta, *ſtatim in princ. deleant. illa ver.* quod in quibuſdam diſcordet ab aliis.

In ſcholiis in vitam Clementis, *deleantur illa verba,* Satis indicat eam epiſtolam videri Clementis: etiamſi, propter contentioſos, non audet palàm fateri.

In ſcholiis in vitam Theophili Antiocheni, *deleatur integra annotatio.*

In ſcholiis vita Irenæi, *ad fin. deleantur illa verba:* Quibus modis & nos magnam orbis partem perdidimus, dum omnes cæremonias ad viuum exigimus, *&c. vſq; ad illud,* Debilem, quam extinctum.

In ſcholiis vita Theophili Cæſarienſis, *deleantur illa ver.* De huiuſmodi nugis digladiamur, de contingentibus, de conceptione, de die Paſchæ, *&c. vſq; ad finem annotationis.*

In ſcholiis in vitam Minutii, *deleantur illa ver.* Et iſti non ſinunt vt infantis, iuxta ac indocti nebulonis, næ nias, ab eloquentiſſimi, doctiſſimiq; hominis, dictione ſecernamus.

In ſcholiis in vitam Pamphili, *deleantur illa verb.* Nunc ſanctorum ſtrophiola, & calceos oſtentamus, *&c. vſq; ad finem annotationis.*

Digitized by Google

In ſcholiis vitæ Ephren, *deleantur illa verb.* Hinc appar non niſi Apoſtolicas literas olim legi ſolitas, &c. *vſque ad illud*, inter diuinas ſcripturas.

TOMO II.

Tota præfatio Eraſmi ad Guilielmum Waramum, *expungatur.*

In ſcholiis libri 1.*aduerſus Iouinianum, nu.* 1. *dele. illa verb.* Vbi ſunt iſti, qui ſanctum & Chriſtianum putant ruſtice dicere? Hieronymus quib. conuitiis inſectatur huius infantiam? quid autem dicturus erat, ſi ſophiſticos iſtos audiſſet Theologos, ad quos collatus Iouinianus Meſſala videri queat?

In ſcholiis 2.*libri* contra Iouinianum, *nu.* 24. *dele. illa ver.* Quanquam huius mali magnam partem ſacerdotibus acceptam ferri oportet, *&c. vſque ad fin. annotat.*

Deleatur item integra Antidotus, *ſcholiis adiecta.*

In ſcholiis Apologiæ ad Pammachium aduerſus Iouinianum, *nu.* 6. *deleantur illa ver.* Ad terrendum aduerſarium. Hoc autem dixit propter multa, quæ Paul' torquet nonnihil aduerſus Iudæorum pertinaciam, cùm aliud nonnunquàm ſentiat, quàm eloquatur: verum tempori ſeruit.

In ſcholiis epiſt. ad Marcellam, aduerſus Montanum *nu.* 1. *deleantur illa ver.* Hoc in præſentia detorquet ad commendationem Petri: nec enim Petrus eſt fundamentum eccleſiæ, *&c. vſque ad finem annotationis, ſcilicet*, remedium eſſe factum.

In ſcholiis epiſt. ad Damaſum, *cuius initium eſt*, Quoniam veſtuto oriens, *nu.* 6. *deleantur illa verb.* Cuius fuit & Liberius, qui tertius à Damaſo præceſſit.

In ſcholiis epiſtolæ, Ad Damaſum, *cuius initium eſt*, Importuna in Euangelio, *nu.* 2. *deleantur illa verb.* Quod ſi quis ad eundem modum obteſtatus fuiſſet Iulium. 2. quid impetraſſet? crucem opinor.

In argumento Dialogi aduerſus Luciferianos, *in princip. deleantur illa verba*: Romanum quoque Pontificem.

In ſchol. epiſt. ad Pammachium, & Oceanum, *nu.* 3. *dele. illa*

illa verba, Alioqui, quorſum erat opus tot cæremoniis, in lege Moſaica, quæ Hieronymus ob id ſcribit tradita, ne in Deorum cultum prolaberentur, &c. *uſque ad illud*, à communi ſenſu vehementer abhorreant.

In ſcholiis in lib. 2. Apologiæ aduerſus Ruffinum, *num.* 4. *deleantur illa verba*, Quod ſi Hieronymus tantopere offenditur huiuſmodi vitiis ſermonis, &c. *uſq; ad illud*, Nihil inſulſius,

Ibidem, numero 6. *deleantur illa verba*, Nota, lector, olim ſynodos imperatorum iuſſu congregari ſolitas.

In ſcholiis, in Apologiam aduerſus Ruffinum, *cuius initium eſt*, Lectis literis, *n.* 5. *del. illa verba*, Oſtendit ſuperius quoſdam notatos ab Epiphanio, quod imagines haberent in templo.

In ſcholiis, epiſt. ad Cteſiphontem, *num.* 3. *deleantur illa ver.* At cur non in ius vocant Hieronymum iſti quidã Theologi, qui nihil putant intelligi in diuinis literis, &c. *uſq; ad illud*, ſacræ Chriſti doctrinæ præſidium conſtitui.

Ibidem, numero 11. *deleantur illa verba:* Vt vbique deteſtatur Hieronymus in Theologo argumenta philoſophorum. Et hæc aut non legunt noſtri Theologi, aut plus ſuo iudicio tribuunt, quàm Hieronymi.

Poſt ſcholia in Dialogum aduerſus Pelagianos, *deleatur integra* Antidotus, *ſcholiis adiecta, cuius initium eſt*, In primo dialogo.

In ſcholiis epiſt. ad Oceanum, *num.* 3. *deleantur illa verba*, Non dignitatis, ſed officii vocabulum eſt.

Deleatur etiam tota Antidotus, *ſcholiis adiecta, cuius initium eſt*, Tametſi Hieronymus.

Poſt ſcholia epiſtolæ ad Euagrium, *deleatur quoq; tota* Antidotus, *cuius initium eſt*, Quod Epiſcopo.

In ſchol. epiſt. ad Onaſum, *in fi. deleantur illa verba*, Quãquam in hac epiſtola nihil video dignum Hieronymo, tamen non ſum auſus mouere ſuo loco, quod in quibuſdam illius ſtylum ſapiat: alioqui petulantior. & inepto impetu.

TOMO III.

Digitized by Google

In ſcholiis Epiſtolæ ad Paulinum, *n.* 4. *del. illa ver.* Sacerdo tem Epiſcopum dicit: nam olim ſoli Epiſcopi ſacer dotes vocabantur, &c. *uſq; ad illa verba*, mota man benedicunt.

In ſcholiis præfationis in Danielem, nu. 1. *&* 2. *deleantur illa verba*, Mirum quod Hieronymus veru iugulat: id nunc paſſim legitur, & canitur in templis, &c. *uſque ad illa verba*, Hoc eſſe Græci ſcriptoris commentum, *quæ ſunt in ultima linea ſcholiorum.*

In ſcholiis præfationis in quatuor Euangelia ad Damaſum, nu. 2. *del. illa verba*: Mirum de Epiſtola ad Hebræos nullam fieri mentionem, &c. *uſq; ad illud*, Rom. Pō-tificis autoritas.

In ſchol. epiſt. ad Hedibiam, quæſt. 11. *num.* 11. *in illa verba*, Quæ ferūtur Petri, *deleatur illud*: videtur addubitare num Petri ſint, quæ nomine Petri feruntur: nam alio in loco negat alteram eſſe Petri, ob ſtylum diuerſum.

Ibidem, paulò inferius, deleantur illa verba, At mihi videntur, non ſolùm ſtylo, ſed etiam ſenſu, & ſpiritu nonnihil diſcrepare: nam prior illa multò magis Petrū ſpirat.

In Antidoto, adiecta ſcholiis eiuſdem epiſtolæ, & quæſtionis, deleatur prima pars ab illo verbo, In prima quæſtione, *uſq; ad illa verba*, olim deiiciebantur poſſeſſione, nunc alios deiiciunt.

In ſcholiis epiſt. ad Algaſiam, quæſt. 10. *nu.* 12. *deleantur illa verba*, Nam tempore Pauli feſtos dies, opinor, neſciebat Eccleſia.

Ibid. poſt ſchol. in q. 11. *del. integra* Antidotus, *cuius initium eſt*, In quæſtione ſexta negat.

TOMO IV.

Tota præfatio huius tomi, cuius initium eſt, Superiore tomo, *[illegible] expungatur.*

Verſus fin. huius tomi eſt poſita præfatio Eraſmi, *in tertiam (vt ipſe ait) ſeriem huius tomi, cuius initium eſt*, Haud me fallit, optime lector: *In ea præfatione verſus medium eius deleantur illa verba*, Apparet fuiſſe quempiam ex hoc hominum genere, &c. *uſq; ad illud*, quam ambitio-

ambitioſum ſit huiuſce rei ſtudium in toto hoc hominum genere.

TOMO V.

Deleatur initio huius tomi tota Epiſtola Brunonis, & Baſilii Amorbachiorum ad lectorem.

TOMO VIII.

Initio huius tomi deleatur tota Epiſtola Brunonis Amorbachii.

In Appendice, hoc eſt, poſtrema parte huius tomi, deleat. itidem tota Præfatio eiuſdem Brunonis Amorbachii, *quæ præfigitur verſioni D. Hieronymi in Pſalmos, iuxta Hebraicam veritatem.*

TOMO IX.

Initio huius tomi deleatur tota Præfatio eiuſdem Brunonis Amorbachii.

Ex nonnullis Indicibus in opera D. Hieronymi, præſertim eo, qui Baſileæ excuſus eſt, apud Epiſcopios, anno 1565. *delendæ ſunt ſubiectæ propoſitiones.*

Adorare imagines, & Deos colere, ſeruis Dei non cõuenit.
Non adorantur Martyres.
Baptiſmus vetera peccata conſcidit: nouas virtutes nõ tribuit, nec cuſtodit.
Baptiſmus nec omnia vitia abluit.
Ad Euchariſtiam faciendam non ſufficere verba ſacerdotis; ſed & vitam neceſſariam.
Fides ſola iuſtificat.
Imago vna tantum veneranda.
Opera non iuſtificant.
Opera omnia abſque virginitate imperfecta.
Oratio pro viuis valet: non pro mortuis.
Peccator, licet non ſit de Eccleſia, poteſt tamen ad eam redire.
Peccator viuens melior iuſto mortuo.
Sacerdotes omnes Chriſtiani.

Sacerdotis merita requiri ad Euchariſtiam facien-
dam.

Ex aliis Indicibus in opera D. Hieronymi, eo præſertim, qui Pariſiis prodiit ex officina Caroli Guillard, anno 1546. deleantur ſequentia.

Adorare opera manuum, eſt dogma veritati contrarium defendere.
Adorare ſtatuas, vel imagines, cultores Dei non debent.
Euchariſtiæ miniſtris neceſſaria ſunt merita.
Fides rara in Chriſtianis.
Fides iuſtos facit, & à malis liberat.
Fide, non operibus, ſaluamur.
Fide ſua vnuſquiſque coronabitur.
Imagines pictas contra religionem eſſe, ſcribit Epiphanius.
Imagines, vel ſtatuas, Dei cultores adorare non debent.
Opere ſaluati Iudæi: non gratia.
Opera, ſi iuſtificant, Chriſtus gratis mortuus eſt.
Opus nullum dignum Dei iuſtitia.
Opera omnia commixta ſunt aliquo errore.
Peccantibus in Deum, non eſt noſtrum dimittere.
Peccatores omnes ſumus: etiam baptizati.
Sacerdotes præter ſuum ius ſpoliant populum.
Sacerdotium laici, id eſt, baptiſma.
Sacerdotale genus omnes baptizati ſunt.

In Indice ſcholiorum Eraſmi ſuper opera D. Hieronymi deleantur ſequentia.

Æditionem vulgarem non eſſe ex Hebraica veritate.
Ambroſii error in Oſanna.
Apocalypſis dubitatur cuius ſit.
Apocalypſis, quare dubitatur eſſe Ioannis.
Apoſtolicæ literæ tantum in templis legendæ.
Apoſtoli non æquales.
Apoſtolorum diſſidium.
Auaritia noſtra ſæuit in fures.
Auguſtini ſtylus taxatur. In Auguſtinianos.
Bellum illicitum Chriſtiano.

Bella Chriſtianiſmi peſtis, & ſilent Theologi.
Benedictini Monachi corruperunt ſcripta Patrum.
Contra cæremoniarum exactores.
Chriſtum mentiri piè dictum.
Chriſtiana nomina Itali nauſeant.
Chriſtianorum non eſt bella gerere.
Chriſtianum eſſe plus eſt quàm Monachum.
Cœlibatui matrimonium penè anteponit.
Confeſſio publica, & ſecreta an olim fuerint.
Decretum Gratiani taxatur.
Eccleſiaſtica veſtimenta olim aulica.
Eleemoſyna in pauperes pòtius, quam in templorum ſtructuram impartienda.
Epiſcopi præſcribunt, non quod Chriſto proximum: ſed quod his temporibus poſſit obtineri.
Epiſcopi omnes æquales conuocabantur à Cæſaribus.
Epiſcopi ſubulci.
Epiſcopi olim ſacerdotes.
Epiſcopi, non eſt nomen dignitatis: ſed officii.
Feſtos dies olim neſciebat Eccleſia.
Fures nulla lex iubet occidere.
Gratiani liber nulla Eccleſiæ authoritate recipitur: Multa in eo notantur. Neſcitur quis fuerit.
Imagines in templo.
Contra indulgentias.
Iohannis hiſtoria de adultera, apocrypha.
Iohannis Epiſtola prima ſola verum autorem refert.
Iſidorus nugator.
Iudith liber an canonicus.
Malchi hiſtoria ficta videtur.
Matrimonium cœlibatui penè anteponitur.
Matrimonium an inter ſacramenta.
Mendacia quibus liceant.
Mendacium vtile veteres non improbabant.
Monachi corruperunt ſcripta Patrum.
Monachi laborent.
Monachi olim non fuerunt quales hodie: nec interdicta rerum ſuarum poſſeſſio. Votorum trium Hieronymus non meminit. Religionum varietas, &

cæremoniarum multitudo non videtur conducere.
Papa Damaſus ſummus dicitur ſacerdos: non ſummus Epiſcopus.
Paulus vxorem ſuam ſororem appellat.
Papa Romanus Epiſcopus olim dictus, non ſummus.
In pauperes Eleemoſyna vtilior, quam in ſtructuram templorum.
Petrus non eſt fundamentum Eccleſiæ: ſed Chriſtus.
Petri non eſſe ſecundam Epiſtolam.
Presbyteri olim idem cum Epiſcopis.
Religionis prætextu impii ſæuiunt in pios.
Romana Eccleſia an prima dignitate.
Sacerdotes noſtræ ætatis, quomodo vocales.
Sacerdos & Epiſcopus olim idem.
Sacerdotum opus, & regna.
Summularii ſordidi.
Suſannæ fabula.
Te Deum laudamus non eſt primum cantatum ab Ambroſio, & Auguſtino.
Templorum ſuperuacaneus ornatus.
Theologorum argumenta frigidiſſima.
Theologi bella Chriſtianorum conniuent, quæſtionibus occupati vaniſſimis.
Theologorum recentium commentaria portentoſa
Theologiam recentiorum hodie ignoraret Paulus, & Hieronymus.
Virgilium Auguſtinus Spiritu ſancto locutum putat
Virginitas hodie clauſtris ferreis extorquenda.
Virgines ſacræ aut nubant, aut contineant.
Votorum nulla vincula apud Monachos veteres.
Vota tria olim Monachi non vouebant.
A voto Hieroſolymitano cur tam grauatim abſoluit Pontifex.
Vota peregrinorum cum pietate pugnant.

HIERONYMUS ab Oleaſtro.

Ex Hieronymi ab Oleaſtro præfatione in Pentateuchum, *ab illis verbis*, Neque mihi obiicias, &c *uſq; ad illa*, omitto in vulgata editione, *deleatur*.

HIERO

HIERONYMVS CARDANVS.

Ex Hieronymi Cardani Commentariis in Quadripartitum Ptolemæi.

Deleatur Epiſtola Dedicatoria, *operi præfixa.*

In Indice, deleantur illa verba, Chriſti Seruatoris geneſis.

Lib.2.c.9.text.54.deleantur illa verba: Veluti cum Seruator noſter natus eſt, cometes apparuit in Oriente, quam Magi viderunt, &c. *uſque ad illa verba*, 10. *poſt circiter linea*, & ad hanc vſque diem perſeuerent.

Eod.cap.in rubr.quæ incipit, Multiplicatio effectus ſyderum, &c. *deleantur poſtrema verba rubricæ: illa ſcilicet*, & Seruatoris geneſis.

Ibidem,poſt duo circiter folia,deleatur tota Genitura Chriſti, *ab illis verbis*, Et, quia Mars eſt dominus illius trigoni, ſignificauit inuentionem mirabilem, &c. *uſq; ad finem capitis.*

Ex li.3.c.16 del.illa ver. Quamobrem Chriſti, & Sanctorum, &c. *uſq; ad*, miracula referτur.

Ex lib.3.cap.18.tex.81.del. illa verb. Fœminæ verò potius qualitate, quàm quantitate peccabunt, maſculino modo ſe commiſcentes, &c. *uſq; ad illud*, Piget me talia dicere: ſed veritas me compellit.

Ex lib.4.cap.1.poſt med. del. Et hoc eſt in quo plus habet fatum, quàm Aſtrologia.

Item ex cap.5 text. 22. deleatur, ſed talis conſenſus à fato pendet.

HIERONYMVS OSORIVS.

Ex Hieronymi Oſorii, Epiſcopi Syluen. (viri pietate, & eloquentia præſtantiſſimi) libro de iuſtitia.

Libro 1. folio 5. pagina 2 ex impreſſ. Coloniæ, Apud Arnoldum Birckmannum, in 8. ibi, Fides continet omnem religionem, atque pietatem: omnes enim virtutes ex fide aptæ, nexæque ſunt, & cum illa ſanctiſſimo vinculo colligatæ, & implicitæ ſunt. *Deleantur hæc verba, vel legatur*, fides viua, *&c.* fide viua.

Eodem libro folio,20.*ibi*, Obedientia igitur, & opera in diuinæ legis ſtudio præclara poſita, actioneſque cum pietate ſuſceptæ, ſunt quæ dant veræ fidei ſignificationem, *legatur*, veræ perfectæ fidei ſignificationem.

*Eod.lib.fol.*27.*circa fi.del. ab illis ver.* Vt tamen fatemur, &c.*uſq; ad finem lib.*

*Lib.*2 *fol.*47.*p.*2. *del. ab illis verb.* Cum igitur mens, &c. *uſq;*, ſtudium immortalitatis rapere.

*Eod.lib.*2.*fol.*48.*pa.*1.*del.hæc verba*, Ergo, cum fides totum animum regat, & in verbi diuini ſtudium rapiat, conſequens neceſſariò eſt, vt nõ cernatur ſolum in credendo, ſed etiam in obediendo.

*Ibid.p.*2.*circa fi. lib. del.* Tunc igitur verè fideles ſumus, cùm Dei verbo audientes ſumus.

*Lib.*4.*fol.*105.*p.*2. *deleatur ab illis ver.* Eam verò aſſenſionem charitas repentè, &c.*uſq; ad*, non amore incendi.

*Lib.*7.*fol.*162.*p.*2.*del. ab illis ver.* Vt enim confitemur inhærere omnibus, *uſq; ad*, filium.

*Eod.lib.f.*172.*p.* 2. *del. hæc ver.* Qui id per ætatem ne ſuſpicari quidem potuere.

Reliqua verò eius ſcripta, permittuntur.

In D.HILARIVM annotationes.

Ex annotationibus marginalibus Eraſmi Roterodami in opere D.Hilarii.

Primùm tollatur tota Præfatio Eraſmi Dedicatoria.

*Lib.*1.*de Trinitate, deleantur illa verba*, Ceremoniæ abolitæ: *quæ ſunt in prima parte libri, vbi tractat illa verba Pauli ad* Coloſſ.2. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, &c.

*Lib.*3 *de Trin.del. illa ver.* Syllogiſmi nunc ſuſtinent Eccleſiam, *quæ ſunt in prima parte, ubi tractat illa verba Ioh.*17. Pater venit hora, clarifica.

*Lib.*10.*de Trin.in ult. parte, ubi tractat illud Ioan.*2. Soluite templum hoc, &c. *del. illa verb.* Deus nec mortuus eſt, nec ſepultus.

In libello ad Conſtantium Aug. *cuius initium eſt*, Benefica na-

ca natura tua,*paulò poſt med. deleantur illa ver.* Nunc tantum cogunt etiam Theologi.

In libello vltimo ad eundem Conſtantium,*cuius initium eſt.* Non ſum neſcius, piiſſime Imperator,*circa medium, deleantur illa ver.* Fides ſubinde noua in ſcriptis.

In enarratione pſalmi. 118.*explicans illud*, Vocem meam audi, ſecundum miſericordiam tuam, *deleantur illa verba,* Ieiunium inutile.

Ibidem paulo poſt, deleantur illa ver. Non ex meritis ſalus.

In enarratione pſal. 129.*declarans illud*, Speret Iſrael in Domino,*deleantur illa verb.* vbi bona opera N. Ee-mondanii

In indice eiuſdem D. *Hilarii deleantur ſequentia.*

Alienis meritis & operibus nemo iuuatur.
Cæremoniæ abolitæ.
Deus nec mortuus eſt, nec ſepultus.
Fides ſubinde noua in ſcriptis.
Fides votum conſummat.
Ieiunium inutile.
Meritum hominis nullum, & merces nulla.
Non ex meritis ſalus.
Operibus alienis nemo iuuatur.
Perſonæ in Chriſto non ſunt confundendæ.
Pœnitentia eſt à peccatis deſinere.
Salus non ex meritis.

IACOBVS FABER Stapulenſis.

Ex Iacobi Fabri Stapulenſis pſalterio quincuplici, cum eiuſdem annotationibus.

Pſal. 1.*in expoſitione* 2.*fol.* 5.*pa.* 1.*ad med.(iuxta impreſſionem Pariſien. apud Henr. Stephan. anno* 1508.*) deleatur ab illis verbis,* Mos ſacrarum literarum, *vſq; ad*, potius patiantur.

Pſal. 4.*in illud,* A fructu frumenti & olei, *verſu.* 8.*fol.* 9.*pa.* 1.*ad fin deleatur*, ab his quos intelligentiæ fugit ſacramentum adiecta.*Et ibidem lin.* 4 *à fine deleatur,*

Quare in Eccleſiarum pſalteriis, *vſq; ad*, multi cati ſunt.

Pſal.8.in illud, Minuiſti eum paulo minus ab ange *fol.14.pa.1.ad medium, deleatur*, Hic recte, illic per rām. *Et ibidem poſt duas lineas, deleatur ab illis ver* Non intelligentes hunc locum, *vſq; ad*, & adeò cebat. *Et pag. ſequenti paulo ante finem, deleatur ab verbis*, Quare vos, per Ieſum, & hoc dulce nom *vſque ad finem pſalmi, ibi*, per immēnſa ſecula, men.

Pſal.6.verſu etiam.6.in illud, Qui autem diligit iniq tatem, *fol.19. pag.2. poſt principium, deleatur ab illis v* nam ille quem habemus loquendi modum, *vſq; a* vbi eius refert Deum.

Pſal.17.verſu.31.in expoſitione continua, fol.29.pag. 2 an finem, deleantur illa verb. Nulla luce agnitionis tu hactenus illuſtratas.

Pſal.18.fol.32.pag. 2.paulò poſt principium, lin. 5. deleat Nullus eſt ſenſus.

Pſal.21.fol.38.pa.1.lin.20.deleatur verb. Superfluit.

Pag.24.verſu.12.fol.42.pag. 2. paulo poſt principium, dele antur illa verba. Quare æquis vt pſallatur propici re.

Pſal.27.verſ.1 fol.46.poſt medium paginæ, deleatur. Et ſu perfluit. *Et parum infrà deleatur ab illis verbis*, Tran latio Græca & Romana, *vſque ad*, oppoſitam ha bent.

Pſal 35. verſu.19 fol.58.pa.1 poſt principium, deleatur ab ill verb. Dicendum non eſt, *vſq; ad*, euerterunt.

Pſal.37.in titulo pſalmi, fol.63.pa.1.ibi, Niſi ſua noſtra, *de leatur* vox, Sua.

Pſal.39.verſu.16.fol.66.pag.2.lin. 3.ibi, Vndique ſceler mea, *deleatur vox*, mea. *Ibidem, lin.3.deleatur*, Vt no valeam multitudinem apprehendere.

Ead.pagi.poſt medium, dum explicat.8 verſum, ibi Legen dum multiplicata, *addatur*, vel, *& legatur diſiuncti uè.*

Pſal.41.verſu.7 folio.68.pagina.2.linea. 13. à fine deleatur Saluatores mei. *Eodem pſalmo & verſu, deleatur*, Tri um beatitudinum. *Eadem pag.linea.14. deleatur*, Ad trium

Digitized by Google

trium beatitudinum. *Fol.69.pag.1.lin. 25. verſu. 2. deleatur*, Sed malè.
Pag.42.in annotatione ad verſum.3.fol.70.pa.1.paulo ante medium, deleatur, Sed forte myſterio læſo:
Pſal.44.in expoſitione primi verſus, fol.72.pag.2.lin. 7. à fine, ibi, Loquar ante hanc, *deleatur vox*, ante.
Pſal.18.in annotatione ad quintum verſum, fol.165. pag. 2. lin.2.à fine deleatur ab illis verbis, Et noui qui hoc, *vſque ad verba ſequentis paginæ, ibi*, ex Hebræo eſſe vertendum:

Ex commentariis in quatuor Euangelia.

Præfatio in quatuor Euangelia, ad Chriſtianos lectores, *cuius initium eſt*, Qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *tota præſcindatur.*

In Matthæum.

Cap.1.in impreſſ.anni.1526 fol.4.pa.2.ante medium, deleatur ab illis verb. Ego potius crediderim, *vſque ad illa verb.in fine ſequentis pa.* Redemptionem humanam, niſi ſynagoga.
Eod.cap in illud, Cum eſſet deſponſata mater eius, *fol.5. pag.2.lin.9.ibi*, fuiſſe ſolum ſponſam, *deleatur dictio*, ſolum.
Ibidem lin.10.deleatur item vox, ſolùm: *& in fine eiuſdem lineæ, deleatur*, Semper innupta.
Fo.6.pag.2.lin.13.deleatur, non præbuiſſet ſerpenti antiquo: *& legatur*, non ſumpſiſſet ſerpens antiquus.
Cap.2.in illud, Et tu Bethlehem, *fol.8.pa.2.deleatur ab illis ver.* ſed oraculum Micheæ, *c.5. vſq; ad illa ver. poſt medium ſequentis pag.* ſed Dei miſerentis.
Eod.c.in illud, Et reſponſo accepto, *folio 10.pa.1.ad medium, deleatur ab illis ver.* Verum tunc ſpiritu, *vſq; ad*, eſt ambulandum.
Cap.3.in illud, Pœnitentiam agite, *fol.13.pa.2.lin.1.deleatur ab illis verbis*, Eſt autem μετάνοια, *vſq; ad*, ideſt reſipiſcentiam.
Eodem c.3.in enarratis de Galilæis, fol.16.pa.1.ad medium, deleatur ab illis verbis, Nam ſecta quantumcunque videatur, *vſq; ad verba paginæ ſequentis, ibi*, detexit apertiſſimè.

Eodem c. 3. & fol.16.pag.2.ante medium,in illud, Omnis arbor,quæ non facit fructum,*deleatur ab illis verbis*, ergo nulla bona arbor,*vſq; ad*, Matthæo dicens.

Cap.5.in illud,Beati mundo corde,*fol.22 pag. 1.prope fin. lin 4.à fine,ibi*,adeò vt ne vel minimum quidem cogitare poſſint,*deleatur verbum* cogitare: *& legatur*, conſentire.

Eod.c.in illud,Niſi abundauerit iuſtitia veſtra,*fol.23.pa. 2.lin.2.à fine deleatur ab illis verbis*, Fideles autem, & qui ſunt,*vſq; ad verba ſequentis paginæ*,quam tenebræ delectabilior,

Eod.c.in illud,Ego autem dico vobis non iurare,*fol. 26, pag.2.ante medium,deleatur ab illis ver*.Verum lex noua prohibet,*vſq; ad verba in fine paginæ*, & quotidiana locutione poſita ſit.

Eod.c.in illud, Audiſtis quia dictum eſt,oculum pro oculo,*fol.27.lin.11.deleatur ab illis ver*.hanc autem retaliationem,*vſq; ad verba paginæ ſequentis lin.4.ibi*, in veteri lege contenta.

Cap.6.in illud,Attendite ne iuſtitiam veſtram,*fol.29.pa. 1.paulo poſt medium,deleatur ab illis verb*. quam gratis ſuperna voluntas,*vſq; ad*,finem faceremus.

Eod.c.6.fol.30.pag. 1.paulo poſt medium,in illud, Panem noſtrum ſuperſubſtantialem , *deleatur ab illis verbis*, Quare ſi quiſpiam,*vſq; ad*,tertia petitio:

Eod.c.&fol.p.2.lin.3.deleatur ab illis verb. Verumtamen ſi lethali,*vſq; ad*,& hæc eſt quinta petitio.

Eod.c.fol.31.ad med.pag.1.deleatur ab illis verbis, Ipſe autem,*vſq; ad*,acceptum referri debet.

Fol.32.pa.2.lin.15.in illud,Ideo dico vobis,ne ſolliciti ſitis,*deleatur ab illis ver*.Et non ſolum in cibo & potu, *vſq; ad*,magis in interioribus.*Ibidem poſt decem lineas, deleatur ab illis verb*.At quis hæc, *vſq; ad*,ſcire queat. *Et poſt quinq; lineas,ibi*, Nam diuinarum interdum, *deleatur vox*,interdum.

Ead.p.in illud,Quærite ergo primum regnum DEI , *deleatur ab illis ver*.Et hæc duplex,quædam operum *vſque ad*,præparans & incipiens.

Cap.8.in illud,Et cum veniſſet Ieſus trans fretum,*fol.39 pa.1.ad medium,deleatur ab illis ver*. Et ideò iuſtè punit eos,*vſq; ad*,voluerit puniet.

Digitized by Google

*Cap.*10.*fol.*46.*in illud*, Dabitur vobis in illa hora quid loquamini, *pa.*1.*ad med. deleat. ab illis ver.* Nam alioqui opus ipſum, *vſq; ad*, ſtudio humano adinuenta.

Eod. c. in illud, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, *fol.*47.*pa.*1.*ante medium, deleantur illa ver.* Quinimò neq; ipſam corporis & animæ mortem, ideſt, gehēnam timere debent.

Eod. cap. in illud, Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, *fol.*48.*pa.*1.*ante med. deleat. ab illis verb.* Si auſteriorem vitam ducas, *vſque ad*, tua, quæ non ſaluat.

*Cap.*11.*in illud*, Et onus meum leue, *folio.*2 *pa.*2.*lin.*15.*deleatur*, non humana traditio.

*Cap.*12.*fol.*56.*pag.*1.*poſt medium, deleat. ab illis ver.* At peccatum ac blaſphemiam, *vſq; ad*, Idque cum pertinacia.

*Cap.*13.*In illud*, Veſtri autem beati oculi, quia vident, *fol.*61.*pag.*1.*ad principium lin.* 7. *deleatur ab illis verbis*, quod oculi diſcipulorum, *vſq; ad*, totum Dei & gratiæ.

Eod. c. in illud, Non ne hic eſt fabri filius, &c. *fol.*63.*in fine pag.*1.*deleatur ab illis verb.* Cum Ioſeph paternitate, *vſq; ad*, nihil attineret.

*Cap.*14. *in illud*, Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum, *fol.*65.*pag.*2.*paulo ante medium, lin.* 20. *deleatur*, humanarum traditionum, *& legatur*, gentilium philoſophorum. *Et poſt ſeptem lineas, deleatur dictio*, ſolis.

Eod. c. in illud, Et rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent, *fol.* 66.*in fin. capitis, deleatur ab illis verb.* quotquot verò receperunt eam, *vſq; ad*, in ſecula ſeculorum, Amen.

*Cap.*15.*poſt principium fol.*67.*pag.*1.*in fine, deleatur ab illis verb.* Et etiam eſſent in noua, *vſq; ad*, mandarent, atque diuinas.

Eod. c. in illud, Et conuocatis ad ſe turbis dixit: Audite: non quod intrat in os, *&c. deleatur parentheſis*, (vt doctrinæ, mandataq; hominum.) *Et poſt duodecim lineas, deleatur ab illis ver.* pręcepta autem & doctrinas, *vſq; ad*, hæc autem euellentur.

Cap.16.in illud, Tu es Petrus, fol.74.pa. 2. in principio, deleatur ab illis verb. ne quis putet Petrum eſſe petram vſq; ad illa verba, æterni patris infuſio.

Cap.17.in illud, quare nos non potuimus, &c. deleatur ab illis ver. Ergo quod illi maximè placet, vſq; ad, interpretis Latini.

Cap.18.in illud, Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis, fol. 81.pag.2.ad medium, deleatur ab illis verb. Sed forſitan hîc petas quid eſt, vſq; ad, ipſum erigit ad ſpiritum.

Cap.20.in illud, Et accipientes murmurabant, paulo poſt principium capitis, fol.87.pa.1.ante medium, deleatur ab illis ver. Et vſque adeò bonus eſt, vſq; ad, fontem inexhauſibilem. Et ibidem, poſt.12 lineas, deleatur ab illis verb. Et aliquo modo fidunt operibus, vſq; ad, Dei autem omnia poteſt.

Cap 22.in illud, Congregatis autem Phariſæis, fol.95.pa. 1.prope finem, deleatur ab illis verbis, Et vtinam cum quippiam agimus, vſq; ad, huiuſmodi occupationibus.

Cap.25.in illud, Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium, fol.110.pa.2.prope finem, deleatur ab illis verb. Quod ſi Chryſoſtomus, aut quiuis alius, vſq; ad, pópulo faceret intelligentiam.

Eod.c.in illud: Dico autem vobis, non bibam amodo, fol.115.p.2 poſt princ.del.ab illis ver. Sed age, an corpus quod in cœna, vſq; ad, regnum patris ſui vocat.

Eod.c.in illud, Spiritus quidem promptus eſt, fol.117.pa. 1.deleatur ab illis ver. quæ enim iudicamus bona vſq; ad, typus Petrus.

In Marcum.

Cap.5.in illud, Non eſt mortua puella: ſed dormit, fol. 141.pa.1.prope fin.deleantur illa ver. Cui nulli fidelium mortui ſunt, & ſi aliqui ſomno vitæ dormiunt.

Cap.7.in illud, Benè irritum feciſtis præceptum Dei, fol.146.deleatur ab illis ver. quod Phariſaicum virus, vſq; ad, adſciſcit, atque conciliat.

Cap.12.in illud, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, fol.163.pa.1.prope medium, deleatur ab illis verbis, tunc enim

enim impleretur, *vſque ad*, tanquam nihilum & inane.

Cap.13.in illud, Et cum ſederet in monte oliuarum, *fol. 167.pagina.1.ad medium, deleatur ab illis ver.* prædicabitur, inquam, *vſq; ad illa*, potens & ſufficiens.

Cap.16.in illud, Et cum tranſiſſet ſabbathum, *fol.179.pa. 1.lin.5.deleatur ab illis verb.* ſed hæc Maria, *vſq; ad*, ſecum tuliſſent.

Eod.c.in illud, Euntes in mundum vniuerſum, *fol.181. pag.1.poſt medium, deleatur ab illis verb.* Et proinde ille ſolus eſt colendus, *vſq; ad*, Deum adora.

In Lucam.

Cap.1.in illud, Vt conuertat corda patrum in filios, *fol. 185.pagina 1.poſt medium, deleatur ab illis verbis*, ſuam iuſtitiam non operibus, *vſque ad*, per gratiam ipſius.

Eodem c. & folio pagina. 2.poſt principium, deleatur ab illis verb. Hinc fit, vt videri poſſit angelus, *vſq; ad*, quod rei probauit euentus.

Cap.3.in illud, Qui habet duas tunicas, *fol 199.prope fin. deleatur ab illis ver.* neque gratia ſalutis, *vſq; ad*, Dei bonitati.

Eod. cap. in illud, Exiſtimante autem populo, & cogitantibus, *fol.199.pag.1.linea 12.à fine, deleatur ab illis ver.* quam vitæ rigiditatem Ioannes, *vſq; ad*, non expreſſerunt.

Cap.5.in illud, Petrus procidit ad genua, *fol. 207. pag.1. poſt medium, deleatur ab illis ver.* quam retinere debet Eccleſia, *vſq; ad*, illius gratia, & bonitate.

Eodem capit. in illud, Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, *folio.208 pagina.1.paulo poſt principiũ, deleatur ab illis ver.* at ea omnia erant humanæ, *vſq; in finem capitis, ibi*, in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Cap.6.in illud, Si diligitis eos, qui vos diligunt, *fol. 211. pagina 1.paulo ante medium, deleatur ab illis verbis*, ſed hæc quatenus huiuſmodi, *vſque ad*, iſti dabunt pœnas.

Eod.c.& fol.pa.2.paulo poſt principium, deleatur ab illis ver. Et quanquam ex verbis Domini. *vſq; ad*, ne nos ipſos reſpiciamus.

Cap. 6 in illud, Et cœperunt qui ſimul accumbebar
folio.215.pagina.2.paulo ante finem,deleatur ab illis v
Populus qui iuſtitiam metitur operibus, *vſque a*
ſunt enim debita,ſed ex gratia.

Fol.216.pa.1.lin.3.à fine,deleatur ab illis verb. Nos vero
vſq; ad, & etiam aliam fuiſſe.

Cap.11.in illud, Quærite,& inuenietis: pulſate, & dabi
tur.*&c.fol.230.pa.2.poſt medium,deleatur,* Eſt enim
quem ſolum omnis oratio,& adoratio decet.

Cap.11.in illud, Et cum loqueretur,rogabat illum qui
dam Phariſæus,*fol.232.pa.2. ad princ. deleatur ab illis*
verb. at hæc vnica eſt ſapientia, *vſq; ad,* poſita ſit.

Cap.12.in illud, Cauete à fermento Phariſæorum,*fo.23*
pag.1.lin.1.deleatur ab illis ver. & certe Petrus, *vſq; ad,*
minus rectis.

Eod.c.in illud, Dico autem vobis amicis meis,ne terrea-
mini,*eod.fol.& pa.lin 4.à fine,deleatur ab illis verb.* Er-
gò omnis timor ſeruilis nobis eſt prohibitus, *vſq;*
ad, aut timor diaboli.

Eod.c.& fol.pag. 2. in illud, Magiſter dic fratri meo, vt
diuidat mecum hæreditatem,*ad medium,pa.deleatur*
ab illis verbis, Pulchra ſcilicet & bella ſunt, *vſq; ad,*
ſanctorum virorum.

Cap.16.in illud, Mortuus eſt autem diues,&ſepultus eſt,
fol.250.pag 1.lin.13.à fine, ibi, forte etiam perpetuo,
deleatur vox, fortè.

Ibidem lin 5.à fine, deleatur ab illis verbis, Quod dicit de
quinq; fratribus,qui adhuc erant in domo,*vſque ad*
verba ſequentis folii,pag.1.ad principium, ibi, ſiue miſe-
ricordia illi parcat.

Cap.17. in illud, Etſi pœnitentiam egerit, dimitte illi,
fol.252.p.2.ante medium,deleatur ab illis ver. Et ſi ſpe-
rantibus,& fidentibus,*vſque ad,* ipſorumque miſe-
reri.

Eod.c.in illud, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis,
pag.2.eiuſdem folii, lin.2. deleatur, nullumque meri-
tum. *Et poſt decē lineas,in illud,* Serui inutiles ſumus,
deleatur ab illis verb. nequaquam tamen eam, *vſq; ad*
ea verb.prope fin.pag. creaturam ſuam gratis adduce-
re.

Eod. fol. & cap. p. 2. paulò poſt pr. in illud, Ite, oſtendite vos ſacerdotibus, *deleatur ab illis verb.* nam re vera ſacerdotes, *uſq; ad*, & teſtis.

Capite 18. *in illud*, Duo homines aſcendebant in templum, *fol.* 256 *pag.* 1. *ante medium deleatur ab illis verbis*, Phariſæus figurat omnes, *uſque ad*, iſti nihil, niſi malum.

Ibidem ante finem eiuſd. pagina deleatur ab illis verb. Nam Phariſæus deſcendit, *uſque ad*, Sed iſti grati, illi ingrati.

Cap. 21. *in illud*, Reſpiciens autem vidit eos, qui mittebant munera ſua, *folio* 264. *pag.* 2. *ad med. deleatur ab illis ver.* Sed illa iſtis ob id meliora, *uſque ad illa verba circa principium pag. ſequentis*, omnia perficit, omnia ſatiat.

Cap. 24. *in illud*, Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, *fol.* 282 *pag.* 1. *paulò poſt principium, deleatur ab illis verbis*, hoc autem erat pœnitentia, *uſque ad*, ſed gratia & beneficium eius. *Et ibidem, poſt quinque lineas, deleatur ab illis verbis*, Porrò is prædicat pœnitentiam, *uſque ad*, eſſe remiſſa. *Et paulò poſt, deleatur ab illis verbis*, Et in pœnis, Chriſti, non in noſtris, *uſque ad verb. ſequentis pagina ad medium, ibi*, qui eſt ſpiritus Chriſti, & amoris, ſeruat eos.

In Iohannem.

Quoniam eiuſdem Iacobi Fabri commentaria in Ioannem *commodè expurgari non poſſunt, omnino expungantur.*

In Epiſtolas D. Pauli.

Ex Apolog. præmiſſa ad enarrationem, impreſſ. Pariſiis apud Petrum Gaudel, *anno* 1531. *p.* 2. *paulò poſt principium, lin.* 12. *deleatur ab illis verbis*, Verum vulgata æditio, *uſque ad*, reddita eſſet Græcæ fidei.

Ead. pag. paulò ante medium, lin. 24. *ibi*, Quomodo illa inerudita traductio, *del.* inerudita.

Ex canonibus Epiſtolæ ad Romanos.

Cap. 1. *num.* 4. *deleantur illa verba*, Quod vita futura ſit ex fide.

Digitized by Google

Cap.3.n.26.deleatur ab illis verbis, Quod iuſtificatio, *uſque ad,* fidem Chriſti.

Cap.9.n.82.deleatur ab illis verbis, Et quia iuſtus, *uſq; ad,* vt Pharao,

*Eod.c.n.*84.Sed & horum conuerſio,*uſq; ad,*debeat, & poſſit.

*Cap.*10.*n.*89 *deleatur ab illis verbis*, Quod vita fidei,*uſq; ad,*ſimpliciter viuit.

*Eod.c.n.*90.*ibi*, Mandat Euangelium ſaluabitur, *deleatur,*ſaluabitur.

*Num.*92.*deleatur ab illis verbis,*Quod non omnes, *uſque ad,*ſaluificam Chriſti fidem.

Ex Canonibus Epiſtolæ I.ad Corinthios.

*Cap.6.n.*34.*deleatur ab illis verbis,* quod inquinati,*uſque ad,*iuſtificantur.

*Cap.*11.*n.*81.*deleantur illa verba,*Ei enim ſatisfacere impoſſibile eſt.

Ad Romanos.

*Cap.2.fol.*57.*pag.*1.*num.*15.*in illud,* Cum enim gentes, quæ legem non habent,*deleat.ab illis ver.*Putandum ne igitur eſt, *uſque ad illa verba ſequentis pag.* fructu non priuandos.

*Eod.cap.& fol.pag.*2.*n.*16.*in illud,*Doces alium, teipſum non doces,*deleantur illa verba*, illud verò illis ſignũ erat fidei,& iuſtificationis Chriſti.

*Ead.pa.poſt medium,n.*17.*deleatur ab illis verb.*Quam etiam iuxta permiſſionem, *uſq; ad,* tollentis peccata totius mundi.

*Cap.*3.*in illud,*Vbi eſt gloriatio tua,*fol.*59.*p.*2 *n.*28.*deleatur ab illis verbis,*ſi etiam innumeros dixero, *uſq; ad,* eris in Paradiſo.

Ead.p.lin.ult.deleatur ab illis verbis, At contraria ex fide ſine operibus,*uſq; ad verba ſequentis pag.* fides autem vt terminus:*& legatur*, fides autem eſt aditus quidã diuini ingreſſus.

*Pag.*60.*paulò poſt principium,linea* 12. *deleatur ab illis verbis*, Cuius fides ſummitas eſt, *uſque ad*, ſibi vendicans.

*Cap.*4.*folio* 6.*pagina* 2.*ad medium,numero* 29.*deleatur ab illis*

illis verbis, Sed fallitur, *uſque ad*, & omnia ſerenans.

Et parùm infra, del. ab illis verbis, Neq; in fide, neq; in operibus, *uſq; ad*, aſſequendæ à Deo ſalutis.

Ead. p. lin. 12. à fine, ibi, Et quod primæ partes & potiſſimæ, *deleatur*, & potiſſimæ.

Folio. 61. p. 1. in illud, Quomodo ergo reputata eſt fides Abrahæ, *nu. 31. deleatur ab illis verb.* & ablutio circa nos, *vſq; ad*, ex fide Abrahæ.

Pag 2. eiuſd. fol. paulò ante finem, n. 36. deleatur ab illis verb. Ante enim Chriſti aduentum, *uſq; ad*, præcedebant quædam præparatiua. *Et poſt quatuor lineas, n. 37. deleatur ab illis ver.* Qui ante aduentum Chriſti fuere, *uſq; ad*, adipiſci valebant.

C. 5. f. 62. p. 2. poſt medium, in illud, Non id autem ſolum, *n. 39. deleatur ab illis verbis*, fides autem, & ſpes, *uſque ad*, continuò diligis. *Et paulò inferius, num* 40. *deleatur ab illis verbis*, Si eſſet ſpes, *uſque ad*, mortem inueniret.

Fol. 63. pag. 2. lin 6. à fi del. Non habet Paulus, *Lin. 2. à fin. del.* quæ nos inuitos ſaluat.

Folio 64. pagina 1. *in examine illius loci*, Et ita in omnes mors, *poſt principium, pag. num. 42. deleatur ab illis verb.* neque videtur velle, *uſque ad*, differendi modos interſtitium.

Prope finem eiuſdem paginæ, deleatur ab illis verb. Particula in ſimilitudinem præuaricationis, *vſq; ad primam lineam ſequentis paginæ, ibi*, Pauli quadrantior.

Cap. 7. fol. 67. in illud, Quid ergo dicemus? lex peccatũ eſt? *num. 56. p. 1. ad medium deleatur ab illis ver.* Vt pueris lege non eſt, *vſq; ad*, nondum carne ægrotant.

Eadem pag. num. 57. *in illud*, Sine lege enim peccatum mortuum erat, *ante finem paginæ*, *deleantur illa ver.* Et cum peccatum infirmitas ſit carnis. *Et paulo inferius, deleatur ab illis ver.* peccatum, inquam, habitat in carne, *vſq; ad*, eſt carnis infirmitas.

Pa. 2. nu. 58. in illud, Scimus quia lex ſpiritualis eſt, *paulo poſt, ibi*, Non crediderunt oportere, *deleatur*, non. *Et paulo poſt, deleatur ab illis verbis*, Si igitur terram, ex qua, *vſq; ad*, nihil poteſt conſpirat.

Digitized by Google

Eod nu. paulò ante medium eiuſd. pag. deleatur ab illis verb. Non itaq; ſi quis ex viro, *uſq; ad*, ſed qui hanc carnis infirmitatem adhuc habent.

Fol.68.p.1 in illud, Carne ſeruio legi peccati, *in prin. pag. deleatur ab illis ver.* At forſitan hîc petes, *uſq; ad*, Nûc ad literæ examinationem.

Ante fin. eiuſd. p. n. 68. in illud, Ego autem mortuus ſum, *del. ab illis ver.* potentialem tamen in carne, *uſque ad*, exitura erat in actum.

Cap.8. fol.69. pag.1. in illud, Ipſe enim ſpiritus, *lin.13. del. illa verba*, qui ab ſpiritu Chriſti non oritur, neque à Chriſto nobis eſt datus.

Eod. fol. pa.1. n. 71. in illud, Nam qui oremus ſicut oportet neſcimus, *lin.11 del. ab illis verbis*, cum vir ſanctus erat, *uſq; ad*, & ineffabilium cognitor.

Cap.9. in illud, Vbi dictum eſt non populus meus vos, *ibi*, vocabuntur filii Dei viuentis, *fol.72.p.1.n.84.li.20. del. ab illis ver.* eius implorans opem, *uſq; ad*, ac prædefinitus es.

Ca.10 f.73.p.2.n.90. del ab illis ver. A corde quidem, *uſq; ad*, diuinæ iuſtitiæ obſtaculum.

Cap.11. fol.74.n.93. lin.12. à fi. del. Imo ſola, quæ ſalutem nobis & facere, & donare poteſt.

Eod. c. & pag. in illud, Relîqui mihi ſeptem milia virorũ, *lin. ul. ibi*, gratia quæ ſaluat: non opera, *del.* non opera. *Et ſeq. pag. lin. 2. ibi*, Quæ obdurauerunt, *legatur*, quem adorauerunt.

Cap.12. fol.77. pag. 2. lin.11. in illud, Qui tribuit in ſimplicitate, *deleatur ab illis verbis*, Quid enim opus eſt, vt ſe, *uſque ad*, omnia noſtra propter ipſum facimus.

Cap.13. fol.79. n.109. lin.16. in illud, Sed induimini dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *deleatur*, non debitũ: ſed gratis erogatum.

In fin eiuſd. pag. n.115. lin. 4. à fi. del. ab illis ver. Neq; enim verum credas Chriſtianum, *uſq; ad*, poſtea denegatur.

Cap.14 fol.80. n.120. del ab illis verbis, Non autem quod qui vtitur, *uſque ad*, fiant & peccatores. *Et poſt ſex lineas, deleatur ab illis verbis*, Imo quod Apoſtoli, *uſq; ad*, dæmonum paterent.

*Cap.*15.*pag.*81.*in illud*, Pleni eſtis dilectione, *lin.*15.*à fine n.*118.*deleatur ab illis verbis*, ſed vbi dilectio extincta, *uſq; ad*, & religio.

*Cap.*16.*fol.*83.*pag.*1 *ante n.*136.*lin.*4. *deleatur ab illis verb.* Quid in cucullo mori, *uſq; ad*, vixeris tempore.

Ad Corinthios 1.

*Cap.*1.*in illud*, Ego ſum Pauli, *fol.* 84.*pag.*1.*lin.*6.*à fine*, *deleatur ab illis verbis*, quod ſi nos aliorum nominibus, *uſq; ad*, nunquid diuiſa eius religio?

*Cap.*5.*in illud*, Modicum fermentum, &c. *fol.*89.*pag.* 1. *poſt medium*, *n.*17.*deleantur illa verba:* quamdiu tales ſunt, de corpore Chriſti non ſunt. *Et pag.* 2.*lin.*3.*deleantur illa verba*, non enim de fidelium communione ſunt.

*Cap.*6. *in illud*, Iam delictum eſt in vobis, &c. *fol.*90.*pá*: 1.*n.*32.*deleatur ab illis ver.* Si autem eum voco in ius, *uſq; ad*, neceſſitudinem violo.

*Cap.*7.*in illud*, Si quis frater habet vxorem infidelem, &c. *folio* 91.*pag.* 2.*poſt medium*, *num.*44. *deleatur ab illis verbis*, Sed de talibus, *uſque ad*, poſſibilitatem accuſet.

*Cap.*8.*fol.*93.*pag.*2.*prope finem*, *n.*57.*del*, *ab illis verbis*, Fermè prophanum eſſe, *uſq; ad verba ſeq pag. ibi*, bonitatis eius imitatio.

Ad Corinthios 2.

*Cap.*5.*in illud*, Siue excedimus Deo, ſiue modeſtè ſapimus, &c *fol.*110.*p.*2.*n.*24.*lin.*3.*à fine deleatur*, Aut forſitan à ſancto, *uſq; ad*, maſſa reſecta.

*Cap.*12.*fol.*117.*pa.*2.*n.*67.*lin.*5 *à fine*, *deleatur*, Id enim eſt reſipiſcere.

Ad Galatas.

*Cap.*2.*in illud*, Nam ſi per legem iuſtitia, *fol.* 121.*pag.* 2. *ante medium*, *deleantur illa verba*, per ſolam fidem Chriſti infunditur iuſtificatio.

*Cap.*3.*in illud*, Qui igitur ſuppeditat vobis, *fol.*122.*pag.*2 *ad medium*, *deleatur ab illis verbis*, qui autem confidit in operibus, *uſq; ad*, vnde deſcendit iuſtificatio.

Et ibidem, poſt 3. lineas, deleatur, Et quomodo fides ad iuſtificationem ſummum tenet.

Cap.5.in illud, In Chriſti Ieſu, *fol.125 pag.2. num. 25 ante medium, deleatur*, Quomodo fides, quæ filios facit, & Deum Patrem.

Et ibidem, poſt quinque lineas, deleatur: Ex fide factos filios.

Cap. 6. paulò poſt principium, fol.126. pag. 2. ad medium, lin. 39. ibi, Veram magnanimitatem facit, non opera, *deleatur*, non opera.

Et poſt quatuor lineas, deleatur ab illis verbis, Sed ſi quis. *uſq; ad*, gloriandi materiam.

In fine Commentariorum eiuſdem capitis, fol. 177. pag. 2. in illud, Nam ego ſtigmata domini Ieſu, *deleatur ab illis verb.* Quid igitur de iis, *uſque ad*, quod dubium relinquamus.

Ad Epheſios.

Cap.1. paulò poſt principium, fol.128. pag.1. ad medium, deleatur ab illis verbis, Ab æterno elegit nobis, *uſq; ad*, operatur omnia,

Cap.2. poſt princ. fol.129. p.1. poſt medium, lin.20. à fine, deleatur ab illis verbis, Caput eorum non conſtituitur. *uſq; ad*, Chriſtus, ſed.

Pag.2. lin.5. ibi, noſtram eſſe credamus, *deleatur hoc, & legatur*, à nobis eſſe credamus. *Et ibidem, lin. 8. ubi legitur*, noſtrum non eſt, *legatur*, à nobis non eſt. *Et ſequenti lin. ibi*, nō ſunt noſtra, ſed Dei, *legatur*, non ſunt à nobis, ſed à Deo.

Ad Coloſſenſes.

Cap 2. in illud, Si mortui eſtis cum Chriſto, *fol. 144. pag. 1. n. 20. lin. 6. à fine, deleatur ab illis ver.* & ſunt quædam quæ ſunt, *uſq; ad verba ſeq. pag. ibi*, gratiarum actio in ſecula ſeculorum, Amen.

Cap.3. in illud, Mortificate ergo membra veſtra, *fol.145. pag.2. lin.2 deleatur ab illis verbis*, ſed quibuſnam hæc mortificantur, *uſque ad verba paginæ ſequentis, nu.14. ibi*, ſubtilius, ſpiritualiuſque intelligendus Paulus, qui ait.

I. Ad Theſſalonicenſes.

Cap.

Ca.2.poſt principium,in illud, Ipſi enim ſcitis ingreſſum, *fol.148.pag.2 poſt medium,deleatur ab illis verbis*, Examini hominum nolite credere,*uſq; ad ver.pag.ſeq. li.3.*& ideo ſubdit Paulus.

Ca.4.fol.150.pag.2.lin.20.del. Non vt propriis operibus tales fiant,ſed.

Ad med.eiuſd.pag. deleatur ab illis ver. Nam ex nobis non poteſt eſſe,niſi præparatio, *uſq; ad*, atque dignitate conſeruari.

Ead.pa.lin.10.à fine del.ab illis ver. Huius vaſis duplex eſt *uſq; ad*,eum,qui à Deo eſt.

II. Ad Theſſalonicenſes.

Cap.2.fol.155 pagina 2 lin.16.à fine,deleatur ab illis verbis, Cum videamus Monarchiæ caput,*uſque ad*,delectio apparere.

I. Ad Timotheum.

Cap.3.poſt pr.in illud, Si quis Epiſcopatum,*fol.159.pag.2. paulò poſt med.del.ab illis ver.* Si illi repelluntur, *uſque ad*,aduerſus ſpiritum pugnat.

Eod.c.& fol.160.pag.1.ad med.del.ab illis ver. Ad tempora Gregorii VII.*uſque ad*, quæ clariora & ſanctiora videntur.

Ad Titum.

Cap.1.in Illud, Nam ſunt plerique, etiam non ſubditi, *folio 171.pagina 1.linea penultima, deleatur ab illis verbis*, Auaritia & turpis quæſtus, *uſq; ad verba pag.ſeq.* quia inde non ſentitis quæſtum.

Cap.3.in illud, Stultas autem quæſtiones,*fol.174.pag.2. paulò poſt princ.num.15.deleatur ab illis verbis*, Tam ille contentioſus, & vt ſic dicam, *uſque ad*, ſic veritas menti adeſt.

Ad Hebreos.

Cap.3.in illud, Et Moyſes quidem fidelis fuit,*fol.186.pa.1.ad med. num.12. del. ab illis verb.* quid facitis nobis patronos, *uſque ad*, colligamus igitur ſpem & amorem meum.

Cap.6.in illud, Nam impoſſibile eſt, eos qui ſemel, &c. *fol.190.p 1.poſt med.del. ab illis ver.* verum hîc confitẽdi modus, *uſq; ad lineam 2.pag.ſeq.ibi*, & electis miſericordiæ Dei.

Fol.91.pag.1.n.22.in examine illius, Rurſus crucifigentes, *deleatur ab illis ver.* & pœnitentia hîc recogitationẽ, *uſq; ad,* vulgata æditio & oſtentui habentes.

Cap.10 in illud, Voluntariè peccantibus nobis, *fol.199. pag.2.poſt med.n.50. lin.20.à fin. del. ab illis verb.* Ideò abſoluunt ſacerdotes, *uſq; ad,* quæ eſt in cœlo.

Eiuſdem Commentaria in Epiſtolas canonicas, *quoniam eorum copia haberi non potuit, nemo, ex hac cenſura permiſſa arbitretur, quamdiu expurgata non prodierint.*

Eiuſdem liber de triplici Magdalena, *omnino expungatur.*

IACOBVS MICYLLVS.

Ex Iacobo Micyllo de Re metrica.

Deleatur primùm Epiſtola Dedicatoria ipſius Iacobi Micylli.

Expungatur etiam Præfatio Philippi Melanchthonis.

Libro 2.fol.234.pag.1.iuxta impreſſionem Francofurti, anno 1539.& (propter varias impreſſiones) ubi agit de Analogia declinationis, & incrementis nominum, in dictione Celox, deleantur illa verba, Quem verſum etiam doctiſſimus vir, præceptor noſter, Philippus Melanchthon, &c. *uſque ad illa verba,* Sed de hoc iam ſatis.

Eodem opere, atque iuxta eandem impreſſionem, fol. 99.pag. 2.del.illa verba: Certa manet impios pœna: neq; caſtitas releuat hanc, neque preces.

IACOBVS PHILIPPVS Bergomas.

Ex Iacobo Philippo Bergomate libro, cui titulus eſt, Supplementum Chronicorum, in vita Fœlicis IV. in impreſſ. Pariſiis, anno 1535. apud Galiotum.

Fol.229.

Fol. 129. *deleat. gloſ. mar. quæ ait*; Extremæ vnctionis inſtitutor: *Et ead. verb. deleant. ex indice, litera* E.

IACOBVS SANNAZARVS.

Ex Iacobi Sannazari epigrammatis.

Lib. 1. *pa.* 143. *in impreſſis Lugduni.* 1560. *epigrammate* De calendis Maii, *deleatur ab illis verb.* poſt obitum, *vſq; ad*, venit atra iocis.

Eod. lib. 1. *pa.* 159: *deleatur epigramma* In Alexandrum. vj. Pont. Max. *cuius initium eſt*, Piſcatorem: *Item aliud epigramma* in eundem Pont. *eadem pag. cuius initium eſt*, Europen Tyrio.

Pag. 162. *del. epigramma* In annum Iubilæum, *cuius initiũ eſt*, Pollicitus cœlum:

Lib. 2. *p.* 169: *del. epigramma* In Lucretiam de Alexandro; *cuius initium eſt*, Ergo te ſemper cupiet.

Pag. 175. *del. eprigramma*, De Alexandro VI. Pont. Max: *cuius initium eſt*, Bello inimicitiis.

Ead. pa. del. aliud epigramma De eodem, *cuius initium eſt*; Dic in amicitiam.

Ead. pa. deleatur epitaphium eiuſdem, *cuius initium eſt*; Fortaſſe neſcis, *vſq; ad*, tu ſuſpicare, & ambula.

Pa. 176. *deleatur epigramma* De eodem, *cuius initium eſt*, Mirum ſi vomuit: *Item aliud* De eodem, *cuius initium eſt*, Nomen Alexandri.

Pa. 184. *deleatur epigramma* In Leonem. X. Pont. Max: *cuius initium eſt*, Sumere maternis:

Lib. 3. *pag.* 198. *deleatur epigramma vltimum* In eundem Leonem. X. Pont. Max. *cuius initium eſt*, Sacra ſub extrema.

IANVS CORNARIVS.

Ex Iani Cornarii Opere medico practico, ſiue Commentatiis in 16. libros Galeni de compoſitione pharmacorum localium:

Lib. 1. *in annotatione ad ver. illa præfationis*, Piloſum eſſe iuxta primam rationem, *&c. deleatur ab illis ver.* Duplex generatio pilorum eſt, *vſq; ad*, & pudendorum pili proueniunt.

Lib. 9. *c.* 2. *vbi Galenus agit de Cynogloſſo, & dicit*, Collige-

re autem oportet herbam ſiniſtra manu ante Solis exortum, *neq; id Ianus Cornar. reiicit, addatur in marg.* Hoc vanum, & ſuperſtitioſum eſt.

IANOCIVS DE MANECTIS.

Ex Ianocii de Manectis libris de dignitate, & excellentia hominis.

Lib. 2. p. 64. ex impreſſione Baſileæ anno Domini. 1532. apud Andream Cratandrum, vbi inquit, Quorum nos venerandà ac ſacroſancta veſtigia, *expungatur,* veneranda ac ſacroſancta.

Lib. 4. pa. 206. deleatur ab illis ver. Ceu illi ſententiæ, *ad illa pa. 208.* commutataſq; conuerterit.

IOANNES CVSPINIANVS.

Ex libro Ioan. Cuſpiniani, cui titulus eſt, Auſtria, in excuſis Baſileæ apud Ioannem Oporinum.

In vita Leopoldi quarti, cognomento Pii, pa. 600. lin. 33. deleatur ab illis ver. Quæ longe alia profecto cauſa, *vſq; ad,* olim orti ſunt exemplis.

Pa. 601. lin. 16. deleatur ab illis ver. Quemadmodum hodie pſallitur, *vſq; ad,* ſine honeſtate.

Lin. 20. deleatur ab illis ver. Cùm vtrobiq; ſumma licentia. *vſq; ad,* elingues & muti apparent.

Lin. 44. eiuſd. p. deleatur ab illis ver. Cùm prædia, vineas, *vſq; ad,* ſed aliis derelinquo diſcutiendum.

Pag. 602. lin. 5. deleatur ab illis verb Non quod nunc ſit, *vſq; ad,* in vniuerſo quippe orbe.

Ex libro eiuſdem Ioannis Cuſpiniani de Cæſaribus atq; Imperatoribus Romanis.

In præfatione ad lectorem, pa. 7. prope fin. deleantur illa verb. Ioannes Auentinus rerum cognitione celebris vir, & diligentiſſimus ſcriptor, illuſtre nomen promeretur.

In epiſtola ad Carolum Hiſpaniarum Regem, *pag. 21. prope fin. deleantur illa verb.* Eſt ea ſanè cupiditas non indigna animo excelſo & magno.

In

In vita C. Iulii Cæſaris, *p. 5. circa fin. deleatur illud*, in cœlum animam Cæſaris migraſſe creditum eſt.

In vita Octauiani Cæſaris Auguſti, *pag. 11. prope finem, deleatur illud*: verum ſit illud eiuſdem Plinii dictum: Deus ille cælum neſcio adeptus magis, an meritus.

In vita Diocletiani, *p. 108. lin. 31. deleant. illa ver.* Quemadmodum hodie noſtri ſancti Pontifices faciunt.

In vita Conſtantini Magni. *p. 117. circ. fi. del. ab illis verb.* Sed vt fit ex nimia fœlicitate, *vſq; ad*, poſt quinquennalia.

Pag. 118. deleatur ab illis ver. Et mirum, *vſq; ad*, Baptiſma ſuſcepit.

Pa. 1 9. prope fin. lin. 36. deleatur ab illis ver. Cæterum de eius donatione, *vſq; ad*, vanitatibus & mendaciis.

In Phoca Cæſare, *pag. 187. lin 14. deleatur ab illis verbis*; Hic tamen hoc vnum ſanxit, *vſq; ad*, Princeps declarata.

In Heraclii *vita, pag. 191. in fine, deleatur ab illis ver.* Sed vis fatalis, *vſq; ad*, quam præcauere poteſt.

In vita Conſtantini filii Conſtantis, *pa. 106. lin. 9. deleatur ab illis ver.* Statuit poſthæc Conſtantinus *vſq; ad*, vt ſuperius annotauimus.

In Leonis Iſauri *vita, pa. 107. lin. 19. deleatur ab illis verb.* vt ſolita tributa, *vſq; ad*, & obediuit tribueret.

In vita Ludouici Pii, *pa. 229. lin. pen deleat. ab illis verbis*: ſine Imperatoris aſſenſu, *vſq; ad*, plura ſacerdotia habere ſit pernecceſſe.

In Nicephoro Phoca, *pa. 310. vltra medium, lin 31. deleatur*, ſed fatum voluit.

In vita Henrici ſecundi, *pa. 326. lin. 2. deleatur ab illis ver.* non vt veluti porci, *vſq; ad*, & ſeruirent.

Pag. 327. prope fin. deleatur illud: Cuius mors heremitæ cuidam ſtrepitu malignorum ſpirituum innotuit.

In Theodora Imperatrice, *pag. 347. lin. 10. deleantur illa ver.* vt eſt ſuperſtitioſum genus hominum.

In vita Henrici tertii, *pag. 348. lin 33. deleatur ab illis ver.* ob tria ſceleſtiſſima monſtra, *vſq; ad*, impune exercebant. *Lin. 39. eiuſdem pag. deleantur illa verba*, Deiectiſque illis teterrimis monſtris. *Lin. 41.*

eiuſdem pag. deleantur illa verba, Creatur ab Imperatore. *Lin.* 43. *deleatur ab illis verb.* Sunt tum Romani, *vſq; ad*, ſine aſſenſu Imperatoris prohibiti.

Pag. 349. *lin.* 1. *deleatur ab illis ver.* In cuius locum, *vſq; ad*, Romam mittit.

In vita Henrici quarti, *pa.* 352. *lin.* 15. *deleat. ab illis verb.* miſerat enim biennio ante, *vſq; ad*, ſæpe annotauimus. *Prope finem eiuſdem pa. deleat. ab illis ver.* Potiſſimum quod Synodo, *vſque ad*, quiſquis legere voluerit.

Pa. 353. *lin.* 1. *deleatur ab illis ver.* Pontifex Romanus, *vſq; ad*, Imperio diſſidium. *Prope medium pag. eiuſdem, lin.* 27. *deleatur ab illis ver.* Non abſque conſilio, *vſq; ad*, diadema Rudolpho.

Pa. 354. *vltra med. lin.* 37. *deleatur ab illis ver.* Hinc multi Italiæ & Germaniæ epiſcopi, *vſq; ad*, qui Clemens eſt dictus. *Eadem pa. prope finem lin.* 46. *deleatur ab illis ver.* Henricus autem, *vſq; ad illud pag.* 355. Alemanos, & Boioarios.

Pa. 356. *lin.* 29. *deleatur ab illis ver.* Sed iam filius Henricus Rex, *vſq; ad*, in partes ſuas traducit. *Linea vltima eiuſd. pag. deleatur illud.* Quem Cæſar Maximilianus.

Pa. 357. *lin.* 14. *deleatur*: Ob legatos quoq; Apoſtolicos. *Lin.* 20. *deleatur*: Apoſtolicis legatis id maximè laudantibus.

Prope finem eiuſdem pagina, deleatur ab illis verb. Inuenio in vetuſtiſſimis annalibus, *vſq; ad*, ſepultura iniuſtè priuatus.

Pa 358. *deleatur nomen* Ioannis Auentini.

Pa. 384. *deleatur vita* Henrici quinti, *dicti iunioris, quæ incipit*, Henricus quintus Iunior cognomento, *vſq; ad illa vltima ver.* Ad hiſtoriam reuertamur, præmiſſo tetraſticho. *Deleatur etiam tetraſtichon, cuius initium eſt*, Raptus ad imperium, *vſq; ad*, electum ... dat Italiæ.

Pag. 402. *deleatur vita* Friderici primi, *cuius initium eſt*, Fridericus vulgo Barbaroſſa, *vſq; ad illa vltima* nobilem hunc Fridericum Cæſarem.

Pa. 410. *deleatur vita* Philippi Cæſaris, *cuius initium eſt*,

Phili

Digitized by Google

Philippus Sueuiæ & Etruriæ Dux, *vſq; ad vltima ver.* Nunc tetraſtichon ſubiungamus.

Pa.419.deleatur vita Friderici ſecundi, *cuius initium eſt,* Fridericus huius nominis ſecundus, *vſq; ad illa vltima ver.* vt claudamus riuos ſubiungemus.

Pa.446.in vita Alberti Cæſaris, *vltra medium paginæ, deleatur ab illis ver.* quæ tamen Imperatoriæ maieſtati, *vſq; ad,* ſibi arrogant.

Pa.447.lin.9.deleatur ab illis ver. Placuerunt hæ aſſentationes, *vſq; ad,* à nemine ſibi conceſſa.

Pa.466.in vita Ludouici Cæſaris, *vltra medium, lin.40. deleantur illa verba,* de hac inani contentione, & friuola.

Pag.468.lin.14.deleatur ab illis ver. multa nobiliſſima protulit conſilia, *vſq; ad,* Imperialem concernerent maieſtatem.

Pa.470.circa fin.deleatur ab illis verbis, proceſſus quondam Ioannis, *vſq; ad,* contra Imperatorem attentare.

Pa.471.lin.1.deleant.illa ver. Neſcio quo dæmone inſtigatus. *Item, lin.12.eiuſd.pag.deleatur ab illis verb.* oratoribusque formulam mandati, *vſq; ad,* viliſſimus quiſque de ſe daret. *Lin.18.deleat.ab illis verbis,* O immenſa crudelitas, *vſq; ad,* ſed bonus Imperator quid faceret? *Lin.28 eiuſd.paginæ, deleat.ab illis ver.* qui Pōtificem rogaret, *vſq; ad,* in læſionem Imperii excogitatis.

Eadem pagina, propè finem, deleatur illud: Crudeliſſimè execratur.

Pa,472.lin.6.deleatur illud. In odium Moguntini epiſcopi, & Imperatoris.

Circa fin. eiuſd.pa.deleatur ab illis verb. Nullus inuentus eſt, *vſq; ad,* in fide permanſuros affirmantes.

Pa.473.deleatur Tetraſtichon, cuius initium eſt, Bella n[illegible] uem geſſit, *vſq; ad,* non fore poſſe ſuos.

In vita Conſtantini octaui, *pa.525.propè fin. deleatur ab illis verb.* quibus in annuos redditus centena millia, *vſq; ad,* profitentur religionem.

Pag.526.lin.33.deleantur illa verba, Abiecto Pontificali faſtu.

In nonnullis Ioannis Cuſpiniani Cæſarũ vitis, multa ex Alberti Crantii metropoli adiuncta ſunt. Hi codices, quoniã eorum copiam non habuimus, noua egent caſtigatione: nec quiſquam ex hac cenſura permiſſos arbitretur.

IOANNES FERVS.

Ex Ioannis Feri commentariis in D. Matthæi Euangelium.

Cap. 2. in illa verb. Ioſeph, admonitus ab angelo, *in principio vbi dicit,* Hæc eſt natura fidei: quæ etiam in tentatione manet, *legatur*, quæ quantum eſt ex ſe, in tentatione manet.

Eodem c. in illa ver. Tunc Herodes, *paulo poſt initium, vbi dicit,* non igitur alios fructus profert noſtra natura ex ſe, *addendum eſt,* ea parte, qua corrupta eſt.

Cap. 4. in illa ver. Non in ſolo pane, *ante medium, vbi legitur*, Chriſtus verbo diſtribuitur, & ſacramentis, *intellige ratione chariſmatum.*

Cap. 5. ſuper illa ver Qui autem dixerit fatue, *in medio vbi legitur*, eſt enim vinculum, quo colligamur toti corpori *addendum eſt,* perfecte.

Eodem c. 5. in illa ver. Sanctificetur nomen tuum, *prope finem, vbi legitur*, quid enim noſtra infelicius vita? *vſq; ad illud,* ac blaſphemant, *intelligenda ſunt pro maiori parte, vel hyperbolice.*

Eodem c. 5. in illud, Fiat voluntas tua, *prope initium, quod dicit,* Non igitur petimus, vt quod velit poſſit: ſed vt voluntas eius in nobis ſit, ac noſtra voluntas penitus intereat: quæ nimirũ mala eſt, radixq; omnium malorum, *intelligendum eſt de voluntate noſtra contraria diuinæ.*

Cap. 7. in illa ver. Non omnis qui dicit mihi Domine, domine, *in fine, vbi dicit,* profecto ſi titulus Chriſtianum faceret, *legendum eſt*, profecto ſi titulus Chriſtianum iuſtum, & perfectum in opere faceret.

Cap. 8. in illa verb. Domine ſi vis, *in medio vbi dicitur*, & eũ, qui meritis ſuis precipue innititur: *Item,* qui propter ſuam immunditiam veretur accedere, *legendum eſt,* neq; qui meritis ſuis credit præcipuè eſſe fidendum.

dendum. *item*, neq; qui credit, propter ſuam immunditiam, non eſſe locum veniæ.

Eodem c. in illa verba, Vide nemini dixeris, *in principio, vbi legitur*, neq; enim noſtra ſunt quæ Deus per nos operatur, *legatur*, neque enim noſtra ſunt, quaſi ex nobis, quæ Deus per nos operatur.

Cap. 9. in illud, Confide fili, *ante medium deleatur ab illis ver.* adducuntur tibi, neq; temere: ſed ex præcepto Chriſti, &c. *vſq; ad illud*, propria fide habituali, & infuſ. ſaluantur.

Eod. capit. in illa verba, At Ieſus conuerſus, *circa finem vbi legitur*, ſolaq; tali confeſſione peccata teguntur, *legatur*, ſolaque tali confeſſione peccata dimittuntur.

Cap. 10. in illa ver. qui perſeuerauerit, *in principio vbi legitur*, non enim incepiſſe, ſed perfeciſſe, virtutis eſt, *addendum eſt*, perfectæ virtutis eſt.

Eodem capit. in illa verba. Qui amat patrem, & matrem plus quam me, *in principio vbi legitur*, hoc eſt, vt Chriſtianus ſit, *legendum eſt*, bonus Chriſtianus ſit.

Cap. 11. in illa verba, Omnia mihi tradita ſunt, *poſt mediũ deleatur illud*, ſcito te prædeſtinatum: ſi non, ſcito te reiectum.

Eodem cap. in illud, omnia mihi tradita ſunt, *vbi dicitur*, è contra impiis, quandoquidem à Chriſto ſecluſi ſunt, omnes creaturæ aduerſantur, *legendum eſt*, aduerſari deberent: *Et eodem modo ſtatim vbi dicitur*, quantumcunq; impiis ſeruire videantur creaturæ, omnia tamen eis in malum cedunt, *legendum eſt*, cedere deberent.

Eodem c. in illa ver. Venite ad me omnes qui laboratis, *paulò poſt initium, vbi legitur*, vt non eligat, niſi quæ nociua ſunt: non fugiat, niſi quæ ſalutaria, *legatur*, vt non ferè eligat, niſi quæ nociua ſunt: non fugiat, niſi quæ ſalutaria.

Cap. 12. in illud, Aut facite arborem bonam, *in fine deleantur illa ver.* Chriſtus hîc apertè pronunciat nos ex natura noſtra malas arbores eſſe.

Eodem capit. in illud, Progenies viperarum, *prope finem*

deleatur ab illis ver. immò etiam in bonis operibus noſtris nonnihil mali concurrit, *&c. vſq; ad illud,* quo fit, vt opus ipſum nunquam ſit perfectum.

Eodem cap. in illud, Dico autem vobis, quod omne verbum otioſum, *ante medium deleantur illa ver.* Quantacunq; enim bona feceris, ſemper tamen maiora, vel ſaltem plura committis mala.

Cap. 13. in illa ver. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, *prope medium, vbi legitur,* ipſa natura corrupta, & concupiſcentia, quæ nos conuincit eſſe peccatores, *legendum eſt,* fuiſſe peccatores.

Eodem c. in illud, Vnde huic eſt ſapientia, *fol. 157. col. 2. vbi dicitur,* negligentes redduntur auditores, *lege,* occaſione accepta negligentes reddunt auditores. *Et ſtatim vbi dicitur,* efficit hypocritas, *lege,* occaſione accepta efficiuntur hypocritæ.

Cap. 14. in illa verb. vidit turbam multam, *vbi ait,* quòd ſi culpa noſtra oblatam gratiam contemnimus, Chriſtus fugit, *delendum eſt quod ſtatim ſequitur,* nihil poſtea proderunt neque vota, neque deſideria, neque preces.

Cap. 15. in illa verb. Quare & vos tranſgredimini præcepta Dei, propter traditiones veſtras, *prope finem, vbi legitur,* Deinde & in hoc aberramus ab ſcopo, quod propter externarum conſtitutionum tranſgreſſionem, temerè alios iudicamus, ac condemnamus, *addendum eſt,* quia conſtitutiones eccleſiæ aliquando poſſunt abſq; culpa prætermitti, ex rationabili cauſa.

Cap. 16. in illa ver. Tu es Chriſtus filius Dei viui, *in principio, vbi legitur,* perſona quæ vngitur eſt ipſa Chriſti humanitas, *legatur,* perſona quæ vngitur eſt filius, ratione humanitatis.

Eodem cap. in illud, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, *deleantur illa verb.* Qui hanc fidem neſcit, ad eandem non pertinet: licet ad eam eccleſiam, quæ etiam peccatores includit.

Eodem cap. in illa ver. Tibi dabo claues regni cælorum, *poſt medium deleatur illud,* ita fides ſecum habet quæ ad fidem ſequuntur.

Eodem

Eod.c.ſtatim,ubi dicitur, Eccleſia claues habet,vt domina,*intellige ratione capitis.*

Eod.capit.in illa verba, Sunt quidam de hîc ſtantibus, *paulò poſt principium ubi legitur,* Hæc igitur Chriſtiani dignitas eſt, quod à morte ſecurus eſt, *legatur,* Hæc igitur Chriſtiani boni dignitas eſt, quod à morte liber eſt.

Cap.17.in illa ver. Credo Domine,*ante med.annotat.ubi legitur,* qui igitur in operibus diuinis non offendere cupit,is oculos rationis claudat, *legendum eſt,* is oculos rationis corruptæ claudat.

Cap.18.in illa verba, Miſertus Dominus ſerui illius,*ante medium,ubi legitur,* agnoſcit enim tunicam filii ſui Ioſeph: hoc eſt,iuſtitiam,& merita Chriſti, *legatur,* agnoſcit enim in nobis tunicam filii ſui Ioſeph:hoc eſt,iuſtitiam & merita Chriſti.

Cap.19.in illa verba, Sinite paruulos venire ad me, *circa finem, ubi legitur,* Chriſtianus vbicunque fuerit, & quodcunq; agat, domini eſt, *legatur,*perfectè Chriſtianus,vbicunq; fuerit,& quodcunq; agat,domini eſt.

Eod cap.in illud, Vade,& vende omnia quæ habes, *ante finem annotationis, ubi dicit,* ille ex natura, *legendum eſt,* ille à principio naturæ.

Cap. 20. in illa verba, Simile eſt regnum cœlorum homini patrifam,&c.*verſus finem annotationis, ubi legitur,* quod ſi aliquando mercedem audis polliceri, ſcias non ob aliud eſſe debitam, quam ex promiſſionem diuina, *legatur,* quod ſi aliquando mercedem audis polliceri, ſcias non ſine promiſſione eſſe debitam.

Ibid.ſtatim poſt præmiſſa verba,deleatur illud, Gratis promiſit, gratis reddit.

Cap. 22. in illa verba, Amice, quomodo hûc intraſti? *in principio annotationis, ubi legitur,* Cum tuis peccatis ſuperinduis Chriſti iuſtitiam:tuis demeritis ipſius merita: tua inobedientia ipſius obedientiam,*legatur,*cum tuis peccatis excluſis ſuperinduis Chriſti iuſtitiam:tuis demeritis ipſius merita:tua inobedientia ipſius obedientiam.

Eod.c.in illa verba, Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, *poſt medium deleatur illud*, toties igitur in hoc præceptum peccas, quoties ſine laude, & gratiarum actione bonis Dei vteris.

Cap.23.in illa verba, Væ vobis, qui ſimles eſtis ſepulcris dealbatis, *verſus finem annotationis, ubi legitur*, illud autem electorum eſt, *legatur*, illud autem bonorum eſt.

Cap.24.ſuper illa verba, Tunc, inquit, ſi dixerit, *in medio annotationis, ubi ait*, duo autem ſunt, quibus ſeipſum alligauit, *addendum eſt*, de lege communi.

Cap.26.in illa verba, Et vos mundi eſtis, *in principio annotationis, ubi dicitur*, ſed tamen in ſeipſis adhuc ſunt peccatores, *legendum eſt*, ſed tamen in ſeipſis vnde peccare poſſint habent. *Et ſtatim, ubi legitur*, ob id Scriptura eos ſanctos, & peccatores nominat, *legendum eſt*, & ob id ſcriptura eos ſanctos & in quib. inhabitat, quod ad peccādū incitat, nominat.

Eodem capite in illa verba, Si hæc ſcitis, *ubi dicit*, in hunc enim duplicem vſum Chriſtus nobis propoſitus eſt: vt miniſter ſcilicet, & vt exemplar, *debet intelligi, non quod ipſo utamur: ſed eius miniſterio, & exemplo.*

Cap.27.in illa verba, Deus meus, Deus meus, vt quid, *&c. in principio annotationis, deleatur ab illis verbis*, exuit enim Chriſtus hac hora Deum, *uſq; ad*, non abiiciendo, ſed non ſentiendo, ſepoſuit patrem, vt hominem ageret, ſic & Deus pater nunc non patrem, ſed tyrannum agit.

Ibidem, in medio annotationis, deleatur illud, Deſperationem noſtram in ſe transtulerit. *Et paulò inferius, deleatur illud*, Deſperationem deſperatione, mortem morte, infernum inferno, breuiter Sathanam Sathana vinceret.

Cap.28.in illa verba, Et ecce quidam de cuſtodibus, *ad medium annotationis, ubi legitur*, indigebat Deus agno immaculato, ad ſacrificium, *legatur*, parabat Deus agnum immaculatum ad ſacrificium.

Eod.cap.in illa verba, Docentes eos ſeruare, *in fi.ann. ubi legitur*, vehementer etiam obſit, *legatur*, aliquo modo obſit.

In D.

In D. Ioannis Euangelium.

Euiſdem Ioannis Feri, Commentaria in S. Euangelium diui Ioannis: & in eiuſdem priorem Epiſtolam canonicam: & in epiſtolam beati Pauli ad Romanos, *ex editione quidem Complutenſi caſtigata permittuntur: externæ autem impreſſiones hoc modo corrigantur.*

Cap. 1. in illa verb. Et vita erat lux hominum, *in fine annotationis, vbi de rationis lumine dicit*, plerunq; tamen, immo nunquam non, in electione fallitur, *deleatur illud*, immò nunquam non.

Eodem c. in illud, Erat lux vera, *in principio annotationis, deleantur illa ver.* quia etiam inter Chriſtianos pauci ſunt, qui verè credant, &c. *vſq; ad illa verba*, & fide verbo adhæret.

Eodem c. in illud, Quotquot autem receperunt eum. *ad finem annotationis, deleantur primum illa verb.* & quia verbum eſt, ideò non recipitur, niſi fide: *Et paucis interiectis, deleat. illud*, Si igitur quis ſe crediderit Chriſti iuſtitiæ, aut redemptioni, iam non remanebunt peccata, mors euaneſcet.

Eodem capit. in illud, Qui non ex ſanguinibus, *paulo poſt medium annotationis, deleantur illa verb.* Hoc igitur verbo primo damnat, &c. *vſq; ad illud*, transfunduntur in ſobolem. *Deinde in fine eiuſdem annotationis, deleantur illa ver.* Ex ſolo enim Deo, ſolius Spiritus ſancti conſilio, &c. *vſq; ad illud*, ſola DEI voluntas, propoſitum, electio.

Eod. cap. in illud, Et de plenitudine eius omnes accepimus, *in medio annotationis deleantur illa verb.* Maledicta enim ſunt, non ſolum, &c. *vſq; ad illa ver.* ſiue læta, ſiue triſtia.

Ead. cap. in illa verb. Quia lex per Moyſen, *in princip. annotationis, deleantur illa ver.* Quamuis enim ipſa lex in ſe bona ſit, &c. *vſq; ad illud*, cor ſit alienum a charitate.

Eod. c. in illud, Deum nemo vidit vnquam, *paulo poſt med. annotationis, deleatur illud:* Hoc autem ex lege non diſcimus. quæ Deum non aliter proponit, quam iudicem.

Eod. cap. in illa verba, Et qui miſſi fuerant, *paulò poſt initium annotationis, deleatur illud*, Sic verè nullum hominum genus eſt, quod minus moueatur verbo Dei, quàm hi, qui in ſua iuſtitia confidunt.

Eod. c. in illa verba, Qui tollit peccata mundi, *ante med. annot. del illud*, nam quid aliud in vniuerſo Euangelio quærendum eſt, quàm remiſſio peccatorum, &c. *uſq; ad illud*, coram Dei iudicio.

Eod. cap. in illa verba, Inuenit hîc primò Simonem, *ſtatim in prin. annot. del. illud*, per fidem in Chriſtum in Chriſtum renati ſumus.

Eod. ca. in illa ver. Ecce verè Iſraelita, *in med. ann deleat. illud*, Omnis enim qui in Chriſtum credit gemellus eſt, &c. *uſq; ad illa verba*, 7. *poſt lin.* Spiritus S. opus ſuum in ipſis inceperit,

Cap. 2. in illa verba, Et erat mater Ieſu ibi, *circa finem annot. del. illud*, Circumciſio nihil eſt: præputium nihil eſt, &c. *uſque ad illa verba*, matrimonium nihil eſt.

Eod. c. in illa verba, Et crediderunt in eum diſcipuli eius, *ſtatim in initio annotationis, deleatur illud*, Quid enim aliud in operibus ſuis, &c. *uſque ad illa verba*, confidere Deo.

Eod. cap. in illa verba, Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, *ſtatim in initio ann. del. illud*, Poteſt quidem Deus infirmitates noſtras tolerare: non autem pertinaciam, & proteruiam.

Eod. cap. in illa verba, Domum patris mei nolite facere domum negotiationis, *ad medium an. deleatur illud*, Quis deniq; ſacerdotum, ac religioſorum, & Pontificum, inexplebilem auaritiam, ac impoſturas nō videt?

Eod. c. in illa verba, Et crediderunt Scripturæ, & verbo, *circa finem annot. del. illud*, Eò firmitatis deueniet, vt & toti Scripturæ credere poſſit, &c. *uſq; ad finem annotat.*

Eod. c. in illa verba, Ieſus autem non credebat eis ſemetipſum, *poſt principium annotationis, deleatur illud*, econtrà autem, firmiter credentibus, &c. *uſq; ad illa verb.* Sed multò fœlicior, cui Chriſtus ſe credit.

Cap. 3. in illa verba, Niſi quis renatus fuerit denuo, *ſtatim*

tim in initio ann. vbi legitur, vt primò doceant fidem qua homo iuſtificatur, *deleatur illud*, qua homo iuſtificatur.

Eadem annotatione, inferius, 6. poſt lineã, deleatur illud, Niſi igitur per gratiam Dei renaſcamur, &c. *uſq; ad illa verba*, 10. *poſt linea:* Nos; ac omnia noſtra damnat.

Eod. cap. in illa verba, Quomodo poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? *paulò poſt initium annotationis, deleatur illud*, Quamuis enim homo homini comparatus, &c. *uſque ad illa verba*, nec vnus vel pilo excellit alium.

Eadem annotatione, paulò poſt medium, deleantur illa verba, Quod humanæ rationes, & carnales cogitationes, impediunt intellectum verbi Dei.

Ead. annotat. paulò ante fin. deleatur illud: De cuius vtero tunc malè nati, & proiecti ſumus.

Item in illa verba, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, *paulò poſt initium annot. deleatur illud*, Quod autem dicit de aqua & ſpiritu, ſic accipi poteſt, vt ſit metaphorica locutio.

Ib. ad fi. annot. del. illud, Secundò poteſt verbum Chriſti intelligi, vt ſit metaphora, &c. *uſq; ad illa verba*, in nouum hominem transformetur.

In illa verba, Quod natum eſt ex carne; caro eſt, *circa finem annotat. deleatur illud* Homo ſine gratia: primò enim, præter carnem, nihil ſapit; intelligit, aut poteſt.

In illa verba, Sic eſt omnis: qui natus eſt ex ſpiritu, *paulò poſt initium annot. deleatur illud*, vt nullis indigeat legibus.

In illa verba, Et nemo aſcendit in cœlum; *ad medium annotationis, deleatur illud*, Neque enim opera noſtra, etiam qualiacunque, &c. *uſq; ad illud*, Deus miſericorditer acceptat.

Ibid. 8. *poſt lin. deleatur illud*, Semper plus peccatorum habemus.

Ibidem, paulò inferius, deleatur illud, Aliiſque omnibus damnatis & perditis, &c. *uſq; ad illa verba*, ſola eius iuſtitia patri grata eſt.

In illa verba, Et eum, qui venit ad me, non eiiciam, *circa fin. ann. deleat. illud*, adhærens Chriſto, certus es de prædeſtinatione tua.

In illa verba, Quia aſcendit de cœlo, *circa fin. ann. del. illud*, tu ſumma iniuſtitia.

In illa verba, Hæc eſt enim voluntas eius, qui miſit, *del. tota ann. eorum verb.*

In illa verba, Quia dixiſſet, Ego ſum panis, qui de cœlo *paulò poſt initium annot. del. illud*, Qui enim verè credit Chriſtum panem eſſe vitæ, &c. *uſq; illa verba*, ſtudioſè accurrit.

In illa verba, Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare? *in princ annot. deleat. illud*, Quando enim ſubit quæſtio, quomodo aliquid fiat, ſimul ſubit incredulitas.

Ibidem, circa finem, deleatur illud: Quod Deitas & humanitas vna ſint perſona.

In illa verba, Multi ergo ex diſcipulis eius audientes *circa finem annotationis, deleatur illud*, ſic verbum Dei & ſcripturæ, &c. *uſque ad illud*, Iudæis vel Gentibus

In illa verba, Spiritus eſt qui viuificat, *ad medium annotationis, deleatur illud*, Sic omnis verè Chriſtianus quantumuis adhuc corpus habeat, tamen ſpiritualis dicitur.

In illa verba, Caro non prodeſt quidquam; *in prin annotationis, deleatur illud*, Et econtra, quia indiuiſibilis perſona eſt.

Ibidem ad medium annotationis, deleatur illud, Deus in piis nihil prodeſt, &c. *uſque ad illa verba*, non pendebat in Cruce.

In illa verba, Verba quæ ego loquor, ſpiritus & vita ſunt, *paulò poſt initiū annotat, deleatur illud*, iam et vobis ſpiritus viuificans; &c. *uſq; ad illa verba*, ſi fide arripiantur.

Ibidem ante med. ann. del. illud, Adhęc, non ſequitur corpus Chriſti, &c. *uſq; ad illa verba*, immundis enim omnia immunda.

Ibid. paulò inferius, deleatur illud, Iuxta hoc tamen ingenuè, & audenter confitemur, &c. *uſque ad illa verba*, quemadmodum promiſit.

C

Cap.7.in illa ver. Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum, *in fine annotationis, deleat. illud,* Hoc eſt quod in vobis latet: nempè, peccatum ſemper facitis.

Cap.8.in illa ver. In lege autem Moyſes præcepit huiuſmodi, *ſtatim in principio annot. deleat illud,* Lex autem non ideo punit, *&c. vſq; ad illud,* ſatisfactio pro peccatis.

In illa verb. Digito ſcribebat in terra, *paulo poſt initium annot. deleatur illud,* Lex in lapidibus ſcripta duros reddidit, &c. *vſq; ad illa ver.* ſuperbos efficit.

In illa ver. Neq; me ſcitis, neq; patrem, *in fine annotationis, deleatur illud:* Lex autem, etiam ſi Deum oſtendit, verum tantùm vt iudicem eum proponit.

In illa ver. Si enim non credideritis, *in princip. annotationis, deleatur illud,* vbi enim ea eſt, ibi manent omnia peccata.

In illa ver. Seruus autem non manet in domo, *paulo poſt initium ann. del. illud:* in oculis tamen Dei ab Eccleſia, vt putridum membrum, reſecatus.

In illa verba, Et deſideria patris veſtri vultis facere, *in princ. annot. deleatur illud:* inuiti, & repugnantes.

In illa verb. Cum mendacium loquitur, ex proprio loquitur, *in medio annotat. deleatur illud:* ex ſeipſo nihil, niſi mendacium loquitur.

In illa verb. Quinquaginta annos nondum habes, *circa finem annotationis, dele. illud,* rationi humanæ ſtultiſſimæ videntur Dei promiſſiones.

Cap.9.in illa ver. Abiit, lauit, & venit videns, *in medio annotationis deleatur illud,* Si enim propter peccata ſua. &c. *vſq; ad illa ver.* electos eſſe meritis.

In illa verb. Iam enim conſpirauerant Iudæi, *paulo poſt medium annot. del. illud,* ſic excommunicatio interna fit, quando per infidelitatem, &c. *vſq; ad illa verba,* pius ad extra.

Cap.10.in illa verba, Erit vnum ouile, *ante medium, & verſus finem, loco,* omnium electorum, *legatur,* omnium fidelium.

Cap.11.in illa ver. Sed pro gloria Dei, *paulo poſt initium, vbi legitur,* ſapientia rationis humanæ, *legatur,* ſapientia mundi.

Google

In illa verba, Venit ergo, & inuenit eum quatuor dies habentem,*paulo poſt initium annotat.deleatur illud*, vt nulla ſpes reſurrectionis eſſet,

Cap.12.*in illa ver.* Sine illam vt in diem ſepulturæ ſeruet;*circa fin.annotat.vbi legitur*,ſicut econtra ingrata ſunt,*legatur*,ſicut econtra non ſunt grata.

*In illa ver.*Nunc iudicium eſt mundi,*poſt medium annotat.deleatur illud*: eos eſſe electos; & prædeſtinatos & ſaluandos qui in me credunt.

*Cap.13.in illa verb.*Introiuit igitur Sathanas in Iudam, *circa fin.annotat.deleatur illud*:vt deinceps nihil aliud poſſet,quam quod diabolus præcipiebat.

In illa verba, In hoc, inquit, cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis,*in fine annotat.deleatur illud*, fides facit diſcipulum Chriſti, *&c. vſque ad finem annotationis.*

Cap.14.in illa ver. Nemo venit ad patrem,niſi per me *in princip.annotat.deleatur illud*,Ratio humana ignorans Dei,deinde peccata;prætere a lex, *&c.vſq; ad illud*,poſtremo etiam.

*In illa verba,*Ille docebit vos omnia, *deleatur à principio annotationis,vſq; ad illud*, qui Spiritum ſanctum habent.

*In illa ver.*Et ſuggeret vobis quæcunque dixi vobis, *in fine,deleatur illud*,nihil aliud eſt,quam remiſſio peccatorum.

*In illa ver.*Et in me non habet quidquam, *in fine annot. deleatur illud*:Atque adeo,nec membris eius.

In illa ver. Surgite eamus hinc,*ad medium annotationis deleatur illud*,vbi autem ſunt mœror, *&c. vſq; ad illa verba*,proponit verbum Dei.

Ibidem circa finem annota.deleatur illud,Chriſtianiſmus namq; nedum non patitur iacentes in peccatis, ſed nec otioſos.

*Cap.15 in illa ver.*Et pater meus agricola eſt, *circa finem annotat.vbi legitur*,vineam ſuam reſpicere,hoc eſt electos,*deleatur illud*,hoc eſt electos.

In illa verba, Quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius,*ante medium annotat.deleatur illud*, Qui enim peccat

peccati,& diaboli ſeruus eſt, *&c. vſq; ad illud*, quid in futuro de bonis & malis facturus ſit.

Cap.16.in illa ver. Sed venit hora, vt omnis qui interficit. *prope finem annotationis, deleatur illud*, Sicut enim fides non eſt fides, *&c. vſq; ad finem annotat.*

In illa ver. Vſq; modo non petiſtis quidquam, *circa finem annot. deleatur illud*, Lex enim peccata oſtendens, *&c vſq; ad illa ver.* ingrediamur ad Deum.

Cap.17.in illa ver. Manifeſtaui nomen tuum hominib. *circa fin. annotat. deleatur illud*, non omnes homines credituros: ſed ſolos electos.

In illa ver. Tui erant, & mihi dediſti eos, *deleatur illud*, Certus eſto te à Deo eſſe prædeſtinatum.

In illa ver. Sermo tuus veritas eſt, *deleatur illud*, Sola igitur doctrina mea ſimplex, *&c. vſq; ad illa verb.* æternam fœlicitatem.

Cap.18.in illud, Ieſus itaq; ſciens omnia quæ ventura, *aliquantò ante fin. annot. deleant. illa ver.* A ſolis enim electis, & credentibus nominatur, & agnoſcitur eſſe Chriſtus Meſſias, Rex & ſaluator.

In illud, Vt ergo dixit, Ego ſum, abierunt retrorſum, *circa fin. ann. del. illa ver* Nunquam autem vincitur.

In illa ver. Conuerte, inquit, gladium tuum in locum ſuum, *ſtatim in princ annotat. deleatur illud* : Gladius omnibus priuatis perſonis interdictus eſt.

Cap.19.in ea ver. Et ligauerunt eum linteis, cùm aromatibus, *circa fin. annotat. deleatur illud* : Nullum opus è ſumptu, vel ſpecie, æſtimandum eſt: ſed è fide,

Cap.20.in illa ver. Quorum remiſeritis peccata, &c. *in med. annot. del illud* : Tam certus ſit remiſſionis peccatorum, quam ſi idem verbum ex ore meo audiret.

In Ioannis.1. Canonicam.

Cap 2.in illa ver. Sed ſi quis peccauerit, aduocatum habemus, *&c. paulo poſt initium annotationis, deleatur illud*: Immo ne eum quidem à gratia Dei excludit, qui ex temeritate mera, & voluntariè peccauit: dũmodo vel adhuc à peccatis ceſſet.

Cap.3.in illa verb. Omnis qui in eo manet non peccat.

Cap.8.in illa ver. Vos autem non eſtis in carne, *in princ. annotationis, vbi legitur*, corpus habent adhuc etiam Chriſtiani, *dicatur*, boni Chriſtiani, *aut* iuſti.

In illa ver. Si ſecundum carnem vixeritis, *deleatur illud*, Secundum carnem viuere non tantùm eſt voluptatibi ſeruire, *&c. vſq; ad illa ver.* de morte æterna.

In illa ver. Scimus quoniam diligentibus Deum, *deleatur illud*, Miram hîc Chriſtiani hominis dignitatem vides, *&c. vſq; ad finem annotationis.*

Cap.11. in illa ver. dico ergo, *deleatur illud*: ad ſolos prædeſtinatos pertinent promiſſiones.

Cap.12. In illa ver. obſecro vos. *deleatur illud*, Chriſtianus homo, etſi non indigeat lege coercente, tamen indiget lege dirigente.

Cap.16. in illa verb. ei tamen, *&c. deleatur illud*: Nempe quod ſola fide in Chriſtum, & nullis meritis noſtris, iuſtificemur.

Qui locos in commentariis Ioannis Feri in Euangelium, & canonicam Ioannis, & epiſtolam ad Romanos, notatos malit ad æditionem Complutenſem caſtigare, quàm penitus delere, eius rei penes ipſum liberum arbitrium eſto.

Ex comment. In Eccleſiaſten.

Expungatur Epiſtola Franciſci Behem, *Typographi Colonienſis, quæ præfigitur operi.*

Cap.2. In illa ver. Dixi ergo in corde meo, *in fine annotationis, deleatur illud*: Verè autem Chriſtianus non fugit labores, ſi res ipſa ſit bona: nec curat voluptatem, ſi res ipſa ſit mala. Quod ſi verum eſt, conſequitur, paucos eſſe verè Chriſtianos.

Ibid in illa ver. Abſtrahere à vino carnem meam, *deleatur illud*: Sed nec finis bonus erat, qui erat quærere ſapientiam illam humanam, atq; politicam.

Cap.4. in fine ad illa ver. qui neſciunt quid faciunt mali, *in fine annotationis, deleatur illud*: Sic ſummum malum eſt, in operibus noſtris, & meritis confidere; hoc enim eſt meritum Chriſti blaſphemare.

Cap.7. in illa ver. Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, *&c. in fi. annotationis, deleatur illud*: Immo nec bonum facit homo, in quantum homo: ſed in

in quantum Chriſtianus, & per Chriſtum in alium hominẽ regeneratus, Relinquitur ergo, quod ſemper peccat, nec quidquam gratum Deo facit.

Cap. 8 in princ. in illa ver. Sapientia hominis lucet, &c. *ante medium annotationis, deleatur illud*: Vera ſiquidem fides, ſi in corde fuerit, ſeſe exerit in opera pia, facitq; vt lingua, & oculi, & manus, ad bonum dirigantur, iuxta illud, Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit.

Cap. 9. in illa ver. Neſcit tamen homo vtrum amore, vel odio, &c. *in princ. annotationis, deleatur illud*: Immò, cum fides nihil aliud ſit, quam certa & conſtans fiducia beneuolentiæ diuinæ erga nos.

Ibid. paulo inferius, deleatur illud: Fides miſericordiam Dei ſolam, eiuſq; promiſſiones intuetur: & ſecundum hoc, certi ſumus de diuina beneuolentia.

Ibid. in fine annot. del. illa ver. Is enim Deo gratus eſt, &c. *vſq; ad illud*, propitiam fortunam ferat.

Ibid. ad finem c. in illa verb. Melior eſt ſapientia quàm, *&c. in medio annot. deleatur illud*, Charitas autem fortitudinis locum obtinet, &c. *vſq; ad illa ver.* per ipſam enim iuſtificamur.

IOANNES FORSTERVS *Auguſtanus.*

Ex Ioannis Forſteri dictionario Hebraico.

Expungatur primum epiſtola dedicatoria.

In initio præfationis, deleantur illa ver. Poſt inſtauratam Euangelii doctrinam.

In eadem præf. duob. ante fin. fol. del. illa ver. Et cum nunc aduerſarii veritatis etiam ſtudeant in hac lingua, *&c. vſq; ad illud. 24 poſt linea*, quam quod eiuſmodi præſtigiis aduerſariorum euertantur.

Ibid. 20. circiter poſt ea ver. linea, deleatur illud, Quid in veteri tranſlatione potuit verti gloriæ Chriſti, & merito paſſionis ſuæ, magis contumelioſum, &c. *vſque ad finem ſectionis, ibi*, ignorantia Hebreæ linguæ, multipliciter detorta, ac deprauata eſt.

Ibidem proximis verbis, & ſectione, deleatur illud, Poſſem

eiuſmodi errata (ne quid durius dicam) in veteri translatione, præcipuè verò in Pſal. plurima in medium producere, ſi hic locus eſſet, & poſtularet neceſſitas.

In radice, אבן & in dictione, אמונה *deleantur illa verba*, Et in doctrina Euangelij ſignificat fiduciam miſericordiæ promiſſæ, propter Chriſtum mediatorem, quæ in terroribus conſcientię cor hominis erigit, viuificat, & ſuſtentat.

In radice, ברח *deleantur illa verba*, Et inter illos Bernardus Ziеglerus doctor Theologiæ, ac linguę Hebraicæ ordinarius profeſſor.

In radice, מלא, *atque in ſecunda coniugatione poſt 20. lineas deleantur illa verba*, Sicut poſtea, κακοζηλία, Romana Eccleſia, &c. *uſq; ad illud*, Miſſas legendi & celebrandi.

In radice, נשם *in dictione* נשמה *ad medium deleantur illa verba*, Fide in Chriſtum regeneratus.

In radice עלם *in dictione* עולם *ad finem primi §. deleantur illa verba*, Quo docetur ſola Dei miſericordia, fide propter Chriſtum iuſtificari hominem, abſque vllis operibus legis.

Ibid. §. 3. in pr. deleantur illa verba, Non ſola in Chriſtum fide nos iuſtificare: ſed iuxta.

Eodem parag. verſus fi. del. illa verba, Et nedum legem ceremonialem eſſe abrogatam, &c. *uſq; ad illud*, ea nemo præſtet, aut præſtare queat.

In radice, צדק *dictione* צדק *deleantur illa verba*, ſi abſolutè legitur, de politica & publica intelligendum eſt, &c. *uſque ad illa verba poſt integram paginam*, Propter notitiam iuſtitiarum Iehoua. *Deleatur etiã proximè ſequens §. totus vſque ad illa verba*, Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam.

In radice, רבב *ad finem radicis deleantur illa verb.* atq; diligenti ſcripturarum conſideratione, &c. *uſq; ad illud*, aſſequi minimè poſſumus.

In radice שאל *dictione*, שאול *deleatur ab illis verb.* Ego in ea ſum ſententia, quod exiſtimém, &c. *uſq; ad fi. totius radicis.*

In

In radice, שור *ad finem radicis deleantur illa verba*, Ex opere operato merentibus remiſſionem peccatorum.

In rad. גלל, *&* גבר, *&* נצח, *&* קוה, *&* קום, *&* קרע, *citatur epiſtola ad Hebr. his verbis:* autor epiſt. ad Heb. *ex his omnibus locis, atque aliis, ubi eodem modo citatur, deleantur illa duo verba*, autor epiſtolæ.

JOHANNES PETRVS de Ferrariis.

Ex Iohannis Petri de Ferrariis practica: in impreſſis Lugduni, apud Iacobum Berionum Anno 1541. in 8°.

In forma libelli in actione reali, fol. 11. col. 3. num. 56. verſic: Tertius eſt modus, *ab illis verbis*, quæ conſumunt, *uſque ad*, per ingreſſum, *deleatur.*

In eadem forma libelli, fol. 12. col. 2. num. 68. verſic. Habes ergo ex præmiſſis, *ab illis verbis*, ſic quod habuit, & habet, *uſq; ad*, vt Eccleſia non teneatur, *deleatur.*

In forma reſponſionis rei conuenti in §. Tanquam publicè excommunicatum, fol. 41. col. 1. ab illis verbis, Et ſic nota quomodo, & quot modis, *uſq; ad*, Alia eſt præterea pœna, *deleatur.*

In eadem forma, §. præſcriptionis, fol. 45. col. 4. num. 24. ab illis verbis, Nec vnquam quieſcet, *uſque ad*, decimus eſt, quo ceſſat, *deleatur.*

In eadem forma, fol. 47. col. 1. num. 28. ab illis verbis, Seruetur ius. *uſq; ad*, verumtamen, *deleatur.*

In forma opponendi contra inſtrumenta, fol. 75. col. 1. §. contra ius elicitum, n. 2. ab illis verbis, maximè in curia, *uſque ad*, Eſt itaq; ſciendum, *del.*

In eadem forma, §. fol. col. & num. ab illis verbis, prout moderno tempore, *uſque ad*, verumtamen in dubio, *del.*

In forma appellationis à ſententia definitiua, fol. 91. col. 2. §. Et ad quemcunque, n. 1. ab illis verbis, quod ideo prouiderunt, *uſq; ad*, de iure autem ciuili, *del.*

In forma actionis confeſſoria pro ſeruitutibus, fol. 114. col. 4. in §. Plenam, *à principio, uſque ad*, Ad propoſitum itaque deſcendendo, *del. tot.*

In forma libelli, quo vxor agit ad dotem, §. *Matrimonium legitimè contraxit,fol.*124. *col.*3.*nu.* 11. *ab illis verb.* Qui habet laicos,*uſq; ad,* Quod ſi plures,*del.*

In eod.§.*fol.& col.n.*15.*ab illis verbis*, Quam diſpenſationem,*uſq; ad,*cognatio,*del*

In forma libelli, qua agitur ad reddendam rationem tutelæ, §.*ad executores,f.*143.*col.*4.*n.*3.*verſ.His præmiſſis, ab illis verbis*, de quo immẽsè,*uſq; ad,* vt eſt tex.in clem. Exiui,*del.*

In eadem forma & §.*fol.*144.*col.*1.*n.*7.*verſ Vltra quæritur, ab illis verbis,*Et per hoc trahunt,*uſq; ad,*quam poteſtatem,*del*

In forma libelli ſuper petitione reſtitutionis in integrum, §. *Tunc iurauit,fol.*168.*col.*3.*n.*14. *ab illis verbis*, quæ deſtruunt,*uſq; ad,*vt habetur in c.cum contingat, *del.*

In formâ libelli in actione hypothecaria, §. *Sine aliqua vſurarum conuentione,fol.*178.*col.* 4.*n.*5.*ver. Quidam ſunt, paulò ante finem,ab illis verbis*, ſunt tamen nonnulli, qui dicunt, *uſque ad*, in omnibus autem ſuprascriptis,*del.*

Ibidem paulò inferius, poſt tres tantum lineas, ab illis verbis, Creditur tamen à pluribus, *uſq; ad,* fui præterea interrogatus,*del.*

In formâ libelli pro hæreditate ab inteſtato,del.§. *nullisq; ſuperſtitibus,fol.*217.*col.*4.*n.*17.*ab illis verbis*, & vtrumq; ius,*uſq; ad* ,quia inhumanum erat,*del.*

In forma libelli,pro hæreditate,vel re ſingulari diuidenda, §. *Omnis communio,fol.*239.*col.* 4.*ab illis verb.*ſed aduerte,*uſq; ad verſ.*& negligi ſolet, *deleatur totum.*

In forma inquiſitionis,§.*Hæc eſt quædam inquiſitio,fol.*244. *col.*2.*n.*31.*paulò poſt principium, ab illis verbis*, Ego dico,ſalua reuerentia; *uſq; ad verſ.* Amplius quæritur, *ſub num.*32.*del.*

IN IRENAEI OPERA annotationes.

Ex annotationibus Eraſmi Roterodami in Irenæi opera.

Libro 1,*aduerſus hæreſes Valentini,cap.*18. *circa principium, del.ex marg.illa verba,*Forma baptiſmi.

In ar-

In arg. lib. 5. paulò poſt principium, deleantur illa verba, De purgatorio nulla mentio.

Ibidem, in medio deleantur illa verba, In quo errore fuiſſe videtur Ioannes Pontifex Romanus, eius nominis vigeſimus, coactus, opera Theologorum Pariſiorum, ad palinodiam, coram Galliarum Rege Philippo, non ſine buccina: quod indicat Ioannes Gerſon in ſermone de Paſcha.

In Indice Irenæi delenda ſunt, quæ ſequuntur.

A, In corpore caput regit.

Ibi, Adam perdidit nobis imaginem Dei, *legendum eſt*, Adam perdidit nobis, ſecundum imaginem, & ſimilitudinem, eſſe Dei.

Animas non ſtatim iudicium accipere.

B, literam Chriſtus noluit exprimere, magiſtro non iubente.

k, In corpore tibias regit.

X, manus habet in corpore.

Chaos ex nocte & ſilentio progenitus.

Chriſtus imaginem Dei nobis recuperauit.

Cœlos ſeptem eſſe: & Demiurgum eos regere.

Collum ex quibus literis ſimuletur.

Corpus quibus literis figuretur.

Crura quibus literis finguntur.

Cupido ex chao & nocte generatus.

Δ, In homine pectus habere.

Dæmones eſſe ſeptem humano generi ſemper reſiſtentes.

Demiurgus omnium Rex.

Demiurgo nullus Deus præponendus.

Demiurgo ſeruire lex iubet.

Dodecas æonum quid ſignificet.

E, litera, in nomine IESV quid ſignificet.

E, cinctum regit in corpore.

Eccleſiæ vocales attribuuntur.

Ἐρός, quæ ſit virtus.

Femora ex quibus conſtent literis.

Γ, humeros in homine poſſidere.

Genua quibus conſtent literis.

Generare à Sathana eſſe.

Hebdomas cur Demiurgus dicatur.
Henoſis vna æonum.
Humeri ex quibus literis compoſiti.
Helicon ſalutis capacem non eſſe.
I, genua regit in corpore.
I, litera in nomine IESV, quid ſignificet.
H, verenda poſſidet in corpore.
Ioannes Papa ad palinodiam redactus.
λ, in corpore crura ſibi vendicat.
λυτρώτης, confirmat ſophiam.
M, literam duabus, λλ conſtere.
M, pedes ſibi vendicat.
Manus ex quibus literis compactæ ſunt.
Menſes octodecim cum diſcipulis à reſurrectione cõuerſatum fuiſſe Chriſtum.
Michael ſerpentis nomen.
Mundum coſmocratoris ſedem eſſe.
N, in corpore ſibi vendicat pedes.
Nomen triginta literarum admirabile.
Nox chaos generat.
O, tibias in corpore poſſidet.
Octonatio prima quæ omnium dicatur.
Ω, caput poſſidet.
Ὀδὸς virtus incomprehenſibilis.
Π, In corpore genua poſſidet.
Πατρικός, ex homine & Eccleſia.
Pectus ex quibus literis compoſitum.
Pedes ex quibus literis compagem ſuam habeant.
Ψ, Collum regit in corporali conſtitutione.
Quinarius viſcerum.
P, Femora habet in corpore.
Σ, Verenda regit in corpore.
Sacrificia non ſanctificant.
Samuel ſerpentis nomen.
Serpens qui & Nus.
Signis hominem non iuſtificari.
Simon iuſtus typus Demiurgi.
T, Regit ventrem in corpore.
τέλειος Eccleſiæ datur, & homini

πτερὰς prima veritatis.
Θ, Femora regit in corpore.
Σ, Vendicat ſibi crura in corporali conſtitutione.
Ζωὴ Ab vnigenito emiſſa.

In D. JOHANNIS CHRYSOSTOMI operum Indice.

Ex indice in D. Chryſoſtomum, Baſileæ à Frobenio excuſo.

Verbo Accidere, *deleantur illa verba*; Accidere multa præter voluntatem Dei.

Verbo Adulter, *in fine, deleatur illud*, In adulterium vxoris cur non conſenſerit Abraham.

Verbo Apoſtolus, *ad medium, deleatur illud*, Apoſtolorũ doctrina facilis, omnibuſque peruia.

Verbo Auguſtinus, *deleatur illud*, Auguſtinus taxatur.

Verbo Baptiſmus, *deleatur illud*, Baptiſmi iterationem videtur approbare.

Verbo Bonitas, *deleatur illud*, Nullum bonum hominis poteſt eſſe coram Deo acceptabile.

Verbo Cœna, *deleantur illa verb.* Cœna Dominica communis, non priuata.

Verbo Confiteri, *in principio deleantur illa verba*, Confitendá Deo peccata, non homini.

Verbo Deus, *circa finem deleantur illa verba*; A Deo ſolo omnia petenda.

Verbo Eccleſia, *circa principium deleatur illud*, Eccleſia eſſet relinquenda ſacerdotibus hæreticis, ſi nota eſſet veritas.

Ibidem, paulò poſt, deleatur illud, Eccleſia in conſummatione mundi deſolanda.

Ibidem, paulò poſt, deleatur illud, Eccleſia non ſuper hominem, ſed ſuper fidem, ædificata.

Ibidem, circa medium, deleatur illud, Eccleſiæ conſtitutũ paſtorem Petrum dicit.

Verbo Fides; *circa principium deleatur illud*, Fides ſola à iuſtificato requiritur.

Ibidem, paulò poſt medium, deleatur illud, Fidem per ſe ſaluare, poſſeque eſſe, & iuſtificare ſine operibus: non autem contrà.

Ibidem,inferius,deleatur illud,Fidem ſolam ſaluare.
Ibidem,paulò poſt,deleatur illud,Fide ſola iuſtificari.
Ibidem,circa finem, deleatur illud, Fide credere ſatis eſſe.
Verbo,Fornicatiò,*paulò poſt principium,deleantur illa verba*,Fornicationem vocat ſecundas nuptias.
Verbo Gratia,*ad medium,deleatur illud*, Gratiam dare, Dei eſſe : fidem verò exhibere,hominis.
Verbo Hæreſis,*prope fin.deleatur illud*, Hæreticos Chriſtus vetat occidi.
Linea ſequenti, deleatur illud, Hæreticos cur noluerit Chriſtus trucidari.
Item illud,paulò inferius,Penes hæreticos nulla Eccleſia, neque etiam ſacramenta.
Verbo Hieronymus,*in pr.del.illud*, Hieronymus in matrimonium contumelioſus.
Verbo,Homo,*paulò poſt pr.deleatur illud*, Homo magis venerandus,quam ipſa Eccleſia.
Verbo Ieiunium, *deleatur illud*, Ieiunium ſuadet : non præcipit.
Verbo Imago,*lin.ult.del.illud*, Coram imaginibus procumbere,quanta cupiditas.
Verbo Interceſſio,*deleatur illud*, Interceſſoribus non opus eſſe apud Deum : ſed pro nobis ipſis per nos accedendum.
Verbo Iuramentum,*in pr.del.illud*,Iuramentum,nec tãtum periurium,à Chriſto prohibitum.
Linea ſequenti, deleatur illud, Iuramentum, non ſolum periurium euellendum.
Ibidem,circa fin.deleat.illud,Iurare ne in re iuſta quidem licet.
Ibidem, inferius, deleatur illud, Iurare omnino malum, ac diabolicum.
Verbo Iuſtum,*in pr.del.illud*,Iuſtus ne in operibus confidat,quantumcunque bonis.
Ibid.circa finem,deleatur illud, Iuſtificatio ex fide ſola,ſine operibus.
Verbo Mandatum, *prope finem, deleatur illud*, Mandatis Dei addere,Diaboli conſuetudo.
Verbo Martyr, *deleatur illud*, Martyrem quidem iurare poſt mortem potius officere ſegnibus.

Ibidem,

Ibidem,poſt medium, deleat. illud, Martyres colere pſeudochriſtianos.
Verbo Matrimonium,*circa fin.deleat.illud*, Matrimonium non eſſe placitum Deo.
Item,linea ſeq.deleatur illud,Inter matrimonium ac fornicationem videtur nihil facere diſcriminis.
Verbo Mereri,*in pr.del.illud*, Meritum proprium hominis peccatum.
Item paulò poſt,del.illud, Meritum nullum, niſi quod à Chriſto confertur.
Verbo Oblatio,*ad med.del.illud*,Oblationem vocat cœnæ celebrationem: & candem nunc offerri,quam Chriſtus diſcipulis dedit.
Verbo Peccatum,*ante medium, del. illud*, Peccatum eſſe coniunctionem maritalem dicit.
Item paulò poſt,deleatur illud, Peccatum ipſam naturam eſſe etiam ſine voluntate peccati.
Item ad medium, deleatur illud: Peccatorum confeſſio ſoli Deo,& qualis facienda:quam ſit neceſſaria,vtilis,ac ſalutifera.
Item paulò poſt,deleatur illud, Peccatorum remiſſio nulla extitit ante crucem.
Item circa finem,del.illud, Neminem peccare ignorantia iuſtitiæ.
Item paulò poſt,deleatur illud, Peccare ex ignorantia neminem,neque impunitum fore.
Verbo Presbyter,*in pr.del.illa ver.*Presbyteri orantis pro mortuis ſuperſtitio damnata.
Verbo Procurator,*deleatur illud*,Procuratorem filii Dei facit Spiritum S.eo minorem.
Verbo Propheta,*poſt med. del.illud*, Prophetas omnes vxores habuiſſe.
Verbo Pſalmus,*del.illa verba,paulò poſt pr.* Pſalmi in conuiuiis cantandi.
Verbo Punire,*ad med.deleant.illa verba*,Puniri pios poſt mortem,impoſſibile.
Verbo Sacerdos,*poſt pr.del.illud*, Sacerdotes etiam principibus iure diuino ſubditi.
Item circa med.del.illud, Salus noſtra non ex merito noſtro,ſed ex voluntate Dei pendet.

Item in medio deleatur illud, Salutem ex gratia ſola, non ex operibus, nec ex lege, eſſe.

Verbo Scriba, *paulo poſt principium, deleatur illud*, Sine ſcriptura diuina nihil aſſerendum.

Item paulo poſt, deleatur illud, Scripturæ diuinæ omnib. volentibus peruiæ, ac faciles.

Item paulo poſt, deleatur illud, Scripturarum ſacrarum lectio omnibus, ſine vllo diſcrimine, communis.

Item circa medium, deleatur illud, Scripturarum lectio omnibus neceſſaria.

Item in medio, deleatur illud, Scripturas legere omnibus, etiam mundanis, præceptum.

Verbo Sors, *circa medium, deleatur illud*, Filii & Spiritus ſancti æqualitatem apertè negat.

Item paulo poſt, deleatur illud, Spiritus ſancti dona ſolorum Apoſtolorum.

Verbo Vacuus, *deleatur illud, circa finem*, Verbis Dei addere, aut detrahere inde qui audet, quantum incurrat arrogantiæ malum.

Verbo Vita, *deleatur illud ad finem*, Poſt vitam hanc iuuare aut liberare poterit nihil.

IN IVSTINI OPERA ANnotationes.

Ex annotationibus Ioan. Langi in Iuſtinum Martyrem, iuxta impreſſ. Frobeniorum anno *1565*.

TOMO I.

Delenda ſunt omnia, quæ de Eucharistiæ ſacramento recenſet in annotationib. in orationem Iuſtini *ad Antonium Piũ à fol.* 179. *vſq; ad fol.* 199. *quod finis eſt orationis, vbi eſt reſcriptum Hadriani. Vel (propter varias impreſſiones) deleantur omnia ab illis ver. quæ ſunt.* 10. *circiter folio ante finem orationis, Nimirum,* Huiuſmodi oblationem panis, vini, & aquæ fieri vidi epiſcopo in Eccleſia noſtra Vratislauienſi, quando is rem diuinam publicitus fecit, &c. *vſq; ad fin. totius orationis.*

TOMO II.

In dialogo contra Tryphonem fol. 67. (*& propter varias impreſſiones* 20. *circiter folio à principio dialogi*) *deleantur illa verb.* Gloriæ ſcilicet relatio δοξολογια, & benedictio, & laus, & hymni. Tertullia. lib. 3. aduerſus Marcionem.

Ibid. fol. 107. (*& propter varias impreſſiones, fol. circiter.* 40. *a principio dialogi*) *deleantur ex margine illa verba:* Ad ſcripturam ſacram omnia ſunt referenda in diſputationibus Theologicis.

L

LAVRENTIVS VALLA.

Ex annotationibus Laurentii Vallæ in Nouum teſtamentum, & libro de perſona contra Boethium.

Cap. 15. *Actorum, ad medium deleant illa ver.* Maiores natu, ſeu ſeniores, accerſunt: & ſi ab Initio, quia ſeniores ſeu maiores natu eligantur, &c. *vſq; ad illa verb.* Hieronymus ad Euandrum ſcribens, qui has epiſtolas incipere facit presbyter.

Epiſt. 1. *ad Corinth c.*15. *del. illa ver. in princ. cap.* Et gratia eius in me vacua non fuit, &c. *vſq; ad illud,* vt nihil dicant qui hanc vocant gratiam Dei cooperantem.

Epiſt. 2. *ad Corinth. c.* 7 *deleatur totum caput.*

Epiſt. ad Titum, c. 1. *in princip. deleantur illa ver* Quæ res ſiquid differt, in hoc differt, quod poterant plures in vna ciuitate conſtituti presbyteri: qui ſunt iidem epiſcopi, vt ipſa verba; quæ ſequuntur, indicant.

In libro de perſona, aduerſus Boethium.

Cap. 34. *deleantur illa verb.* In deo non eſt perſona magis, quam in bruto.

LEO BAPTISTA Albertus.

Architectura de Leon Baptiſta Alberti.

Lib.7.de la Architectura de Leon Baptiſta Alberto,c.13. lin. 4 en los impreſſos en Venecia,anno.1565.en lengua Italiana,ſe ha de quitar deſde donde dize. Ma ſe egli è bene. *haſta,*con farne troppa abondantia, *y lo miſmo ſe ha de quitar en los Latinos.*

LEONHARDVS FVCHSIVS.

Ex Leonhardi Fuchſii operibus.

In lib. Methodi,ſeu rationis compendiariæ (iuxta priorē editionem Pariſiis ex officina Caroli Guillard, *& Ioannis de Porgnii,anno.1541.del.primum Epiſtola nuncupatoria ad* Huldricum Fabricium, *cuius initium eſt,* Cum du potiſſimùm res,&c.

Cap.17.de cibo & potu,verſus fin.deleant. illa ver. At vere paulùm cibo demendum, adiiciendumq; potioni, *&c.vſq; ad illa ver.poſt integram fermè paginam,* per omnes regiones graſſatæ fuerint.

In editione autem poſteriori,nēpe Pariſiis, apud Iacobum du Puis anno.1550.ſuperius cap.de cibo & potu eſt.nu. 24. in eo,verbis immutatis,eadem ſententia continetur. Dele ergo locus ab illis ver. Verno autem tempore paulū m cibo demendum,*&c. vſq; ad illud poſt. 20. lineas* vere minimè eſſe ieiunandum.

Reliquæ impreſſiones huius operis,ad duas has, à nobis deſignatas,facile poterunt reuocari.

In li. De vſitata huius temporis componendorum medicamentorum ratione, *iuxta priorem ſanè editio apud Carolum Guillard & Ioannem Roigni, præfixa operi epiſtola Dedicatoria ad* Georgium Voglerum, *cuius initium eſt,* Diu,multumque me hetele dubitaſſe &c.*in eius medio,deleantur illa ver.* Quem latet qu hiſtoriæ palam tradunt,*&c.vſq; ad illud,* Imperatorem trucidare non ſit veritus.

In Germania addita fuit operi Præfatio *ſcādaloſa,& m ta aduerſus pietatem habens: expungatur.*

In libris octo De curandi ratione,*lib.4.c.17.de peſtilen*

4.à

4. aut. 5. ante finem folio, deleantur illa ver. Sed extant ea de re doctiſſimorum, *&c. vſq; ad illud;* pluris facio, quam centum aliorum.

Idem opus circumfertur in 5 tantum libros diſtinctum, atq; diuerſo titulo, nimirum, De ſanandis totius humani corporis malis, *In eo præter* præfationem, *quæ tota eſt auferenda, nihil continetur à pietate abhorrens.*

In annotationibus eiuſdem Fuchſii ad Nicolaum Myrepſium.

In præfatione operis Ad rempublicam Norimbergenſem; *aliquantum poſt medium, nimirum, vbi agit de tempore quo Nicolaus Myrepſius vixit, deleatur illa ver* Quod ſi itaq; in iſta veritatis luce, &c. *vſq; ad illud*, falſa religione impoſuêre.

Sect. 1 de Antidotis, compoſitione. 298. poſtremis verb. del. illud, Arida contere vna cum liquidis: & hæc conficiendo dic, *α, ι, οι, ου, ω.*

Ead. ſectione, deleatur tota compoſitio. 402 cum annotatione ad eandem: cuius initium eſt, Antidotus nobilis ad ſanguinis eruptionem, &c.

Eadem ſectione, deleatur tota compoſitio. 405. cum eius annot. cuius initium eſt, Adiutatio ad profluuium ſanguinis narium. Sonans in hunc modum, In nomine Patris, &c.

Sectione. 7. de mulierib. deleatur tota compoſitio ſexta, cum eius annot. cuius initium eſt, Mulieri, vt menſtrua, &c.

Eadem ſectione, deleatur tota compoſitio. 13 & 16.

Sectione 12. de Hedricis, deleatur tota compoſitio 28. cum eius annotatione: cuius initium eſt, Hedricum ad internas & externas eminentias, &c

Sectione. 20. de Hepaticis, del tota compoſitio. 14. & 20.

Sectione. 21 de ſuffimentis, del tota compoſitio prima, cum eius annotatione: cuius initium eſt, Thymiamatis, ſuffimentiue confectio Eſdræ prophetæ, &c.

Eadem ſectione, deleatur tota compoſitio. 6.

Sect. 24. de Collyriis, del. to. compoſitio. 85. cuius initium eſt, Collyrium oculare expertum, vocatum Chryſocor.

Sect. 37 de oxymelitis, del. compoſitiones. 94. & 95.

In commentariis in ſextũ epidemiorum Hippocratis, in epiſto-

la dedicatoria Ad Albertum Brandenburgenſem, *circa med. del. illa ver.* Philippo præſertim noſtro Melanchthone, viro nulli nec Italorum, nec Gallorum ſecundo.

Eodem libro, in præfatione, verſus finem, deleantur illa verb. Philippus Melanchthon, magnum Gremaniæ noſtræ decus.

Permittuntur tamen huius autoris Commentarii *in Hippocratis Aphoriſmorum ſectiones ſeptem* [illegible] *earundem ſectionum verſiones.*

Item permittitur Epitome *de humani corporis* [illegible]*ca, ex Galeno & Veſalio.*

Itẽ permittuntur, Cõmmẽtarii *inſig*[illegible] *historia ſtirp*[illegible]

Item Errata recentium *medicorum 60. numero: cum earundem confutationib.* Haganoæ *impreſſa anno.* 1530.

Item permittuntur, De ſimplicibus *annotationes: qui libri poſtea* Paradoxa, *inſcripti ſunt.*

LEVINVS LEMNIVS.

Ex Leuini Lemnii libris quatuor de miraculis occultis naturæ.

Lib. 1. c. 12 deleantur illa ver. Nec tantum homines, ſed mentes quoq; angelicæ, &c. *vſq; ad illud*, cum improbi ſe ad frugem conferunt.

Eod. lib. c. 14. verſus finem, ab illis ver. Cum itaq; tota ſpes ac fiducia conſequendæ ſalutis, omneque in extremis ſolatium, in reſurrectionis fide conſiſtat, &c. *vſque ad finem capitis, totum deleatur.*

Lib. 2. c. 1. verſus finem, deleantur illa ver. Adeò vt voluntas, alioqui alacris & prompta, impetus conſiliorũ, ipſaſq; actiones, moderari nequeat.

Eod. l. c. 51. ad medium, del. illa ver. Sacrifici verò, & monіales, quoniam otio, ſomnoq; dediti ſunt, &c. *vſque ad illud*, ægre aduerſus hos morbos ſubſiſtunt.

Lib. 3. c. 1. ante medium, deleantur illa ver. Condonans ſimul omnia nobis delicta, &c. *vſq; ad illa verb.* [illegible] munifico domino innitantur.

Eiuſdem libri caput octauum totum deleatur.

Lib. 4. c. 15. poſt medium, deleant. illa ver. Non deſunt primarii ac præcipui nominis viri, *&c. vſq; ad illud*, ante mun-

ꝗ mũdum conditum, ac cælum ſyderib. illuſtratum. *Eodem lib. caput. 21. expungatur totum.*

LEXICON CHALDAICVM
Eliæ Leuitæ.

Ex libro, qui inſcribitur, Lexicum Chaldaicum, autore Elia Leuita, *tollatur epiſtola, quæ incipit,* Theologo præſtantiſſimo. D.D. Wolphango Capitoni, Paulus Fagius.

LILIVS GREGORIVS.
Gyraldus.

Ex Lilii Gregorii Gyraldi libris de Diis gentium.

Syntagmate. 1. duob. fol. cum dimidio ab eius principio, iuxta impreſſ. Baſil. per Ioannem Oporin. anno. 1560. *in fol. dele. illa ver.* Apud gentes vero, & prophanos, latria & dulia eodem ſenſu pro ſeruitute capiuntur.

Ibid. 5 circiter fol. poſt ſuperiorem locum, deleantur illa ver. Quanquam & vereor, ne & aliqui mihi (vt hoc nunc tempore permulti ſunt, qui alio res transferunt piè inſtitutas) vitio vertant tot diuorum, diuarumq; imagines, &c. *vſq; ad illa ver. 6. poſt linea*, in primitiua quæ vocatur eccleſia. Nam.

Syntagmate vlt. 8. fol. ante fin. del. illa ver. Hoc ideò attuli, vt eam flagellationem agnoſcas, quam hodie inter nos hi, qui religioſi, Monachi, & confratres dicuntur, facere conſueuerunt, *&c. vſq; ad illa verba, 5. poſt linea,* Quid eis rem diuinam facitis?

In eiuſdem Lilii Gregorii Gyraldi Hiſtoria poetarum tam Græcorum, quam Latinorum.

Dialogo. 1.

Pa. 47. lin. 12. iuxta impreſſ. Baſil. anno. 1545. *in 8. in verſic. Non enim multo. deleant. illa ver.* Ad contundendam hominum arrogantiam, poetica facultate abutentium, vt alia pleraque.

Linea ſequent. loco verbi Vſurpauere, *legat.* aſſumpſere: *&*

deleantur ver.ſequentia, quo ſcilicet, ſibi homines addictos magis facerent.

Dialogo. 2.

*Pa.*219.*lin.*10.*ibi*, diuo Platone, *del.ver.* diuo, *Deleatur etiam hac eadem dictio, vel* diuus, *vel* diui, *vel* diuum, *dialog.*3.*pag.*274 *lin* 16.*& pagina.*276.*lin.*5.*ante fin.* & *pa.*284.*lin.*14.& *pagina.*294.*lin.*10.*ante fin*, & *pag.* 310. *lin.*7.*ante fin.* & *pa.*314.*lin.*4. *Et dialog* 6.*pag.*754.*lin.*4. *Et dialog.*9.*p.*1034.*lin.*5. & *vbicunq; alibi huiuſmodi dictio Platoni tribuitur.*

Dialogo. 3.

*Pag.*311.*lin.*1.*del. hac verb.* Adeò, vt de eo etiam illud ſit proditum, quod de virgine matre Perictyone natus ſit, quæ Apollinis compreſſa fuerit phantaſmate

Dialogo. 4.

*Pag.*562.*in verſic. Nam ſi qua ego, deleantur hæc verba*, Et quo enim ad quæſtionum, &c. *vſq; ad verſic.* At ne, quod me, *&c. in fin.pa.excluſiue.*

Dialogo. 5.

*Pa.*662.*vbi agit de Hydalberto, deleantur hac ver. ad fin.pa.* Succurrit nunc mihi hoc eius de Roma diſtichon, *cum eodemmet diſticho, quod inc.* Vrbs fœlix, &c.

Dialogo. 6.

Pag 692.*lin.antep. deleantur illa verb.* Sed & hodie ipſe noui qui ſacerdotia, & quidem ampla, hac hiſtrionica arte ſunt aſſecuti.

Dialogo. 8.

*Pag.*938.*del.totus verſic.* At nunc mihi apud vos, *&c. vſq; ad verſic.* Sed iam plus ni mio *excluſiuè.*

In Dialogis de poetis noſtrorum temporum iuxtâ impreſſionem Oporini, anno.1560.in fol.

*Dialogo.*2.*vbi agitur de Oecolampadio, Bucero, Sturmio, & Philippo Melanchthone, paulùlum ante med. dialogi, del. illa verb.* Sed hæc deflere potius, quam emendare poſſumus: cum quidem cum paucis ſapere melius ſit, & cum multis viuere.

Operæ

Opera eiuſdem de Vrbanæ deſcriptionis incommodis, *tū etiam* Progymnaſma *aduerſus literas & literatos: & quæ* de nauigiis *ſcripſit, nihil continent cenſura dignum.*

Aenigmata antiquorum, & Pythagoræ ſymbola, *tum duo libelli eiuſdem autoris*, aduerſus ingratos, *nihil habent cenſura dignum: ideoq; permittuntur.*

In libro eiuſdem De annis & menſibus, cæteriſq; temporum partibus, *deleatur initium, vſq; ad illa ver.* te, certiſſima huius patriæ ſalus, Regina, ac Princeps Renata, inuoco, vt mihi, quo cœpiſti præſenti numine aſpires.

Permittitur etiam opus eiuſdem de Herculis vita, *demta tantum* epiſtola nuncupatoria.

Præterea Syntagma de Muſis: & Epithalamia, *permittuntur.*

M

MARTINVS MARTINEZ.

Ex libris Hypotypoſeôn, magiſtri Martini Martinez Cantapetrenſis, Salmanticæ, ſeu alibi, impreſs. ante annum. 1582.

In proœmio eorundem librorum, fol. 8. *pa.* 2. *lin.* 5. *impreſſ. anno.* 1565. *ibi*, Merſa eſt & huiuſmodi, *del.* & huiuſmodi. *Eadem lin. ante illud*, Ab interitu & morte, *addatur*, & quantum ad hoc, *vt legatur*, & quantum ad hoc ab interitu & morte.

Lin. 8. *eiuſdem pa. ibi*, De hac anima Philo, *deleatur*, hac anima, *& legatur*, De qua Philo.

Libro, 1.

Cap. 1. *col.* 16. *deleantur illa ver.* propter ignorantiam artis Grammaticæ. *Ibidem, in gloſſa marg. quæ inc.* Paulus, *deleatur*, & artis Grammaticæ ignarus.

Cap. 4. *col.* 33. *ante medium, deleatur ab illis ver.* Quippe in libris propheticis, *vſq; ad*, quam odoratos fuiſſe.

Cap. 4. *in annot. col.* 216. *in prin. lin.* 7. *ibi*, Et in Dauid ſuſcipiendum, *addatur:* Hactenus Origenes, cuius ſententia reiicienda eſt: prout conſtat ex dictis in hoc ipſo capite.

Col. 265. *ad med. deleatur ab illis verbis*, Alioqui non fit veriſimile, *uſque ad*, prorupiſſe, & *addatur*, Hæc ſententia falſa eſt, prout conſtat ad Heb. 11. & ex Iacob. c. 2.

Col. 266. *ad med. ibi*, Tres generationes amputauit, *addatur*, Hactenus Beda: Sed ſine dubio Cainam ponenda eſt, prout ponitur a B. Luca.

Col 26[illegible] *in fine deleatur ab illis verb.* De hoc Booz, quod non potuerit, *uſq; ad*, de quo, Matth. 1.

Col. 275. *in fine*, *ibi*, Paternis iuſſibus obſecundantem, *addatur in marg.* His Euſebii verbis, in quibus Arianus ſatens, inducit filium, in creatione paternis iuſſibus obſecundantem, non eſt adhibenda fides.

Libro 4.

Col. 1. *col.* 307. *lin.* 6. *ibi*, Et tres verſus, *addatur*, ex ſupra dictis conſtat, huius autoris Rabbi Moyſi ſententiā non eſſe omni ex parte veram.

Col. 308. *paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis.* At quæ res adhuc, *uſq; ad*, legislatore.

In fin lib. 4. *col.* 335. *lin.* 1 *del. ab illis ver.* Scito tamen, titulos, *uſq; ad*, fidas temerè.

Libro 5.

Col. 371. *paulò ante medium, del. ab illis ver.* Crebrò ſcholaſticos, *uſq; ad*, lapſi ſunt errore.

Col. 378, *ante finem deleatur ab illis verbis*, Nam quis eſt, niſi demens, *uſq; ad*, angeli diſcunt.

Libro 6.

Cap. 1. *col.* 403. *prope finem, deleatur ab illis verbis*, Ita tamē ni fallor, *uſq; ad*, ſequatur creatio.

Col. 417 *ad principium*, *lin.* 8. *ibi*, rectè eſſent translata, *deleatur*, rectè, Et *poſt octo lineas*, *deleat. ab illis verbis*, nam in hoc ceſſatum eſt, *uſque ad*, canones Hebraicæ linguæ.

Columna 421. *paulò poſt medium*, *deleatur ab illis verbis*,

Col. 587. *ad medium, ibi,* De promiſſionibus infœlicitatis, *deleatur,* infœlicitatis, *& legatur,* fœlicitatis.

Cap. 4. *in principio, col.* 589. *deleatur illud,* vſuram quoque in lege tulit.

Prope finem eiuſd. cap. col. 594. *deleantur illa ver.* Contraria ſententia propiùs ad veritatem accedere videtur.

Cap. 6. *col.* 610. *lin.* 2. *à fine, ibi,* Diuinis obaudire, *deleatur,* obaudire, *& legatur,* aduerſari.

Col. 611. *paulò ante medium, ibi,* Idololatriæ vanitatem ipſis immiſit, *addatur,* Hæc Iuſtini, & Epiphanii ſententia non eſt vera: quia Adam nunquam amiſit fidem.

Ibidem paulò poſt, deleantur illa verba, Quo ex tempore idolorum error pullulauerit, iam diximus.

Col. 627. *ad medium, deleatur ab illis verbis,* Iſaiæ 16. mitte, *uſq; ad,* dominatori, &c.

Libro 9.

Regula 2. *fol.* 2. *col.* 3. *lin.* 7. *ad principium, deleatur,* Violenta eſt, & ab Euangeliſtæ mente aliena, *& legatur,* Minus propria videtur.

Regula 5. *folio* 3. *col.* 4 *ad principium. linea* 4. *deleatur ab illis verbis,* Sed quomodo poteſt hoc, *uſque ad,* alius ex Ruth.

Reg. 21. *fol.* 8. *col.* 2. *poſt medium, deleatur ab illis verbis,* ſecundo colligo, *uſq; ad,* art. 3.

Reg. 40. *fol.* 13. *col.* 2. *ad princip. lin.* 12. *ibi,* fruſtraque, *deleatur.*

Ead. reg. & fol. col. 3. *lin.* 13. *ibi,* Quod profectò ſcholaſtici *deleatur vox,* ſcholaſtici.

Reg. 43. *fol.* 14. *col.* 1. *paulò poſt medium deleantur illa verba,* Quam vana ſit illa quæſtio.

Libro 10.

Reg. 26. *fol.* 29. *col.* 2. *ad medium, ibi,* Reuocandos ſcholaſticos, *deleatur vox,* ſcholaſticos, *& legatur,* Reuocãdos eos, *Et parum infra, deleatur ab illis verbis,* vt an potuerit aſſumere, *uſq; ad,* ſiue ſimulatè.

Reg. 42. *fol.* 33. *col.* 3. *ad principium, deleatur ab illis verbis,* hanc regulam, *uſq; ad,* viſus ſit.

mū ſcripſit: quæ res poſtea multas, & varias de doctrina Eccleſiaſtica diſputationes, quas nunc etiam ob oculos quotidie cernimus, excitauit.

N

IN NICEPHORUM annotationes.

Ex Ioannis Langi annotationibus ad Nicephori Calliſti hiſtoriam.

In *dedicatione operis, folio uno vel duobus ante finem (propter varias impreſſiones) deleantur illa verba:* Decretum eius ſynodi, cui Conſtantinus præfuit.

Lib. 4. cap. 8. ad fin. deleantur illa verba ex marg. De cœlibatu locus notandus.

